



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117921**

Liber LIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)



HISTORIA  
ECCLESIASTICA.  
LIBER LIV.

STEPHANUS VI. PAPA.  
ARNULPHUS REX GERMANIÆ. LEO VI.  
IMPERATOR ORIENTIS.

§. I.

*Caroli Crassi obitus. Plures  
Reges.*

**C**um Carolus Imperator in mis- Sæculum IX.  
randam animi, corporisque im- A. C. 888.  
becillitatem incidisset, in Comitibus ab ipso

*Hist. Eccles. Tom. XIII. A Tri-*

Sæculum IX. Triburiæ circa Festum S. Martini hoc  
A. C. 888. anno octingentesimo octogesimo septimo celebratis, eum omnes Germaniæ Proceres deserunt, & Arnulphum, Carlomanni filium, (\*) Regem salutant. Tanta vero Caroli fuit calamitas, ut cibus tantum & potus ex Liutberti Archiepiscopi Moguntini sumptibus ei præberetur, & ad Arnulphum mittere cogere-tur, qui vitæ præsentis subsidium pro se supplices exposcerent. Arnulphus commiseratione motus patruo fundos concessit in Allemannia, ubi e misera vita exiit duodecima Januarii anno octingentesimo octogesimo octavo, & in Monasterio Augiæ divitis sepultus est.

Regi-

(\*) Arnulphus filius Carlomanni Regis Bojoariæ ex Littovvinda nobilissima in Carinthia amica genitus a Scriptoribus fertur; unde Genus Carolinum in Germania jam tunc defecisse dici potest. Ceterum post Caroli Crassi casum Francorum Imperium ita divisum est, ut exinde Francia Occidentalis seu hodierna Gallia, & Francia Orientalis seu Germania sub uno Principe nunquam amplius coaluerint. Franci in Germania lingua Teutonica utebantur, in Gallia, Latina corrupta, unde hodierna Gallica maximam partem ortum trahit, quamvis multa etiam a Teutonica, præsertim modum conjugandi cum verbis auxiliaribus, acceperit, & retinuerit.

Regino Abbas Prumiensis, illius æta- Sæculum IX.  
 tis Scriptor, Caroli pietatem, assiduum o- A. C. 888.  
 randi studium, in distribuendis eleemo-  
 synis liberalitatem, Legum Ecclesiastica-  
 rum observantiam, & Dei Præcepta im-  
 plendi sollicitudinem laudat. At nihilo-  
 minus idem Regino commemorat, quod *Reg. an. 885.*  
 Carolus Godefredum Ducem Frisiæ, qui  
 ab ipso defecerat, structis clam insidiis  
 interfici iusserit, & simili arte Hugonem  
 Lotharii filium, illius seditionis Aucto-  
 rem, a proditoribus captum & oculis pri-  
 vatum in Monasterio S. Galli inclusit.  
 Hugo postea in Abbatiam Prumiensem  
 commigravit, ubi post longum temporis  
 spatium, accepta de manu Reginonis  
 Tonsura monastica, elapsis exinde aliquot  
 annis decessit.

Carolo Imperatore defuncto Regna,  
 quæ ipse possederat, in multos divisa.  
 Quædam pars Italiæ Berengarium filium  
 Everhardi Ducis Forojulienensis Regem  
 salutavit. Alia Guidonem Lamberti  
 Ducis Spoletani filium, cui Pontifex ma-  
 ximus favebat, Regem sibi substituit.  
 Inde exitiale bellum ortum, quo tandem  
 Guido vicit; Berengarius vero ad Ar-  
 nulphum Regem Germaniæ se recepit.  
 In Francia coactis hujus gentis Comitibus  
 Rex creatur Odo Comes Parisiensis &  
 Aurelianensis, filius Roberti fortis, viri  
 strenui, qui & ipse Regnum contra in-  
 cursio-

Sæculum IX. cursiones Normannorum egregie propu-  
 A. C. 888. gnaverat. Odonem unxit Walterius  
 Tom. 2. Cap. Archiepiscopus Senonensis; habemus  
 p. 291. que juramenti a Rege tunc editi formu-  
 lam. Ceterum hæc electio cum consen-  
 su Arnulphi celebrata; sed ipso invito  
 † Raoul. Rudolphus † Conradi filius effecit, ut  
 Rex Burgundiæ superioris, scilicet Regio-  
 nis inter Alpes & Juram montem positæ  
 renunciaretur. Is electus coronatusque  
 est in Conventu Principum & Episcopo-  
 rum, ad S. Mauritium in Valesia cele-  
 brato.

## §. II.

*Concilium Moguntinum.*

tom. 9. Conc. Eodem anno octingentesimo octogesi-  
 p. 401. mo octavo, Arnulphi Regis primo,  
 Regino an. ipso jubente, celebratum est Concilium  
 889. Moguntia, cui tres Archiepiscopi Luit-  
 bertus Moguntinus, Guillebertus Colo-  
 niensis, & Ratbodus Trevirensis cum  
 suis Suffraganeis interfuerunt.

Obiit Luitbertus anno sequente o-  
 ctingentesimo octogesimo nono, eique  
 successit Sunzo seu Sunderoldus, Mona-  
 chus Fuldenfis, qui annis non plus duo-  
 bus sedem tenuit. In Præfatione hujus  
 Concilii Episcopi calamitatis publicæ  
 causam peccata sua, & præsertim quod  
 Concilia provincialia non convocaren-  
 tur, esse confitentur. Tristem vero re-  
 gionum

gionum faciem describunt in hunc mo- Sæculum IX.  
 dum: *Videte & considerate, quam præ- A. C. 888.  
*clara & nobilia Servorum Dei ædifi-*  
*cia destructa, incensa, & ad nihilum*  
*reducta sint; Altaria eversa & concul-*  
*cata, Ornamenta Ecclesiarum Dei præ-*  
*tiosissima direpta & igni exusta. Epis-*  
*copi & Sacerdotes ceterique Ordinis*  
*Ecclesiastici viri gladio truncati, omnis*  
*ætas utriusque sexus, omnis conditionis*  
*Laici gladio, igne, diversoque mortis ge-*  
*neris consumpti sunt. Incolæ Monaste-*  
*riorum utriusque sexus metuentes, huc*  
*illucque vagantur incerti, sine Pastore,*  
*omni auxilio destituti, quid agendum aut*  
*quo confugiendum nescii, cum periculo*  
*vota & professionem suam violandi.*  
*Alia vero ex parte, innumera quippe*  
*sunt gentis nostræ mala! turba raptor-*  
*um & schismaticorum sævit. Hi pau-*  
*peres opprimunt, nec Deum verentes*  
*nec homines; ab ipsis namque, si deesset*  
*Paganorum sævitia, in solitudinem dile-*  
*cta patria redigeretur. Rapinas & cæ-*  
*des parvipendunt, nec pœnitentiæ colla*  
*submittere volunt.**

Post Præfationem occurrunt Cano- Sup. Lib.  
 nes viginti sex, maximam partem ex XLVI.  
 Conciliis superiorum temporum, præci- §. 2. 3. & c.  
 pue ex illis, quæ Carolus Magnus anno c. 2. & 3.  
 Regni sui ultimo convocari iussit, excer-  
 pti. Primi continent Monita generalia

Sæculum IX. de Officio Regis. Tum Arno Würze-  
A. C. 888. burgensis † Episcopus ad aures Sanctæ

† Herbipo-  
lenfis.

c. 8.

Synodi defert, quod homines quidam  
scelesti venerabilem Presbyterum suum  
comprehendissent, nares abscidissent,  
capillos capitis rasissent, & sævis ver-  
beribus cruciatum, semivivum relinqui-  
sunt. Hos Synodus excommunicat, &  
pœnitentia homicidæ, qui Presbyterum  
interfecerit, statuitur in hunc modum:

c. 16.

*Carnem non comedat, nec vinum bibere  
presumat omnibus diebus vitæ suæ. Je-  
junet singulis diebus, usque ad vesperam,  
exceptis Festis & Dominicis. Armatus  
nunquam incedat, & nullo unquam ve-  
hiculo, sed propriis pedibus proficisca-  
tur. Ecclesiam per quinquennium non  
ingrediatur, sed cum Missarum Solemnia  
celebrantur, ante fores Basilicæ perseve-  
ret orans ac deprecans Dominum. Post  
expletum quinquennii tempus, ingredia-  
tur Ecclesiam, non tamen communicet.  
Dum autem duodecimi anni cursus fue-  
rit finitus, reliqua pœnitentiæ opera tri-  
bus per hebdomadam diebus impleat.*

c. 10.

Ejusmodi illa adhucdum ætate erat  
pœnitentia, si qui crimina atrocita ad-  
mississent. Clericis interdicitur, mulie-  
res quascunque demum in domo sua ha-  
bere; nam quidam Sacerdotum cum pro-  
priis sororibus concumbentes filios ex  
eis generasse deprehensi fuerant.

§. III.

## §. III.

*Concilium Metense.*Sæculum IX.  
A. C. 888.

Sub idem tempus celebratum Concilium Metense, in quo similes ferme tom. 9. Conc. p 412. Canones conditi. Convocatum est in Ecclesia S. Arnulphi a Ratbodo Archiepiscopo Trevirensi, quocum erant Robertus Episcopus Metensis, Dado Viridunensis, & Arnoldus Tullensis. Canones autem sunt numero tredecim. Dominis Laicis interdicitur, aliquam partem Decimarum Ecclesiarum suarum accipere (puta illarum Ecclesiarum, in quibus Jure Patronatus gaudebant) Presbyter duas Ecclesias non possideat, quia humanæ vires ad unam regendam vix sufficiunt, & curam animarum utilitatis suæ causa suscipere non debet. c. 2.

Pro labore sepulturæ nihil petatur. Presbyteri in Synodo libros suos & vestes Sacerdotales Episcopo exhibeant. Iidem nec arma portent, nec more Laicorum vestiti incedant. c. 3.

Cum Gumbertus Primicerius Metensis contra Judæos illius Civitatis querelas movisset, interdictum est Christianis cum hominibus perfidæ gentis cibum sumere. c. 4.

Duæ Moniales, admisso crimine, e Monasterio S. Petri ejectæ fuerant. De quibus statuit Concilium; eis reddendum c. 7.



- Sæculum IX.  
A.C. 889. dum esse velum monasticum, & in carcerem Monasterii esse mittendas, ubi arcto pane & aqua brevi contentæ esse juberentur, donec satisfacissent. Diacono, sacrilegii convicto, ministerium interdicatur, carceri includatur, & omnes pro ipso orent. Cum quidam Presbyter nobilem suæ parochiæ feminam, quæ a marito discesserat, & adulteræ fratrem, flagitii complicem, a scelere revocare conatus fuisset, probrose mutilatus fuerat. Igitur conscii ad iudicium vocati, & contumaces excommunicati sunt. Præterea quidam alii aliorum criminum rei nominatim excommunicati.
- c. 10. Veteres etiam Leges, ne quis cum excommunicatis communicet, renovantur;
- c. 12. Servi tamen eorum, Liberti, & Vasalli excipiuntur.

## §. IV.

*Statuta Riculfi Sueffionensis.*

- tom. 9. Conc. Riculfus Episcopus Sueffionensis Parochis suis anno octingentesimo octogesimo nono Constitutiones dedit superiorum Conciliorum Regulis admodum consentaneas. Continent vero etiam
- n. 3. particularia notatu digna. *Magna cura & devotione, inquit, cantate Horas Canonicas, Primam, Tertiam, Sextam, Missam, quam quotidie celebrabitis, Nonam, Vesperas, Completorium & Officium*



Sæculum IX. statim post Baptismum Fidelibus præbeatur, quod JESUS CHRISTUS utrumque pariter necessarium (\*) pronunciaffet. Parochi Pœnitentium publicorum curam maximam gerant, & eos nec pecuniæ cupiditate victi, nec familiaritatis aut amicitiae studio, ante tempus completum ad reconciliationem adducant, sed nec odio aut avaritia ducti, quod absit, causa sint, ut ea plus justo differatur. Duos etiam vel tres Clericos habeant, qui cum eis Missas celebrent, & populum salutantibus respondeant. In calice aquam vino misceant, & sciant, quod in hoc Mysterio verus (\*\*) Sanguis Domini Nostri consecretur. Paro-

A. C. 889.

Joan. 3. 5.

6. 54.

n. 8.

(\*) In ipsa Riculfi Constitutione, Act. Conc. Edit. Paris. referuntur verba Sacrae Scripturae: Quoniam qui dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non intrabit in Regnum Cælorum*, ipse dixit: *Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Non inepte argumentatur Riculfus Episcopus. Sed Ecclesia primum Mandatum de Necessitate medii, alterum, de Necessitate Præcepti esse docet. Cum enim homo baptizatus, ac proinde in Gratia constitutus, a Regno Cælorum excludi non possit, Verba JESU CHRISTI, Carnem Filii hominis manducari præipientis, de necessitate medii explicari vix possunt.

(\*\*) Verba Constitutionis, in Act. Conc. sunt:  
*Verum*

Parochi sic ruralibus & ceteris negotiis temporalibus inserviant, quatenus Divinum Officium non negligant. Pueros in schola sua solícite erudiant, puellas vero docendas neququam suscipiant. Pro sepeliendis mortuis xenia non petant; si quid autem libere offeratur, id liceat accipere. In Calendis uniuscujusque mensis Parochi per singulas Decanias conveniant, non ut convivias adornent, sed ut de rebus ad ministerium suum pertinentibus, & de iis, quæ in parochiis suis accidunt, consultant.

Sæculum IX.

A.C. 890.

n. 16.

n. 19.

n. 20.

## §. V.

*Ludovicus Rex Provinciæ.*

Anno sequente octingentesimo nonagesimo, Indictione octava Bernoinus Archiepiscopus Viennensis, Romam profectus, Pontifici exposuit, quanta calamitate Regnum premeretur, ex quo Carolus Imperator obiisset. Nimirum Incolæ sine Domino erant, qui Regionem in potestate haberet, ipsosque hinc a Normannorum latrociniis, inde a Saracenum furore liberaret. Cum hæc percipere-

to. 9. Conc.

p. 424.

*Verum Domini Corpus procul dubio in veritate conficitur. Riculfus Episcopus Sueffionensis in Sæculo IX. Realis præsentia Corporis Christi in Evcharistia contra Protestantes testis est luculentus.*

Sæculum IX.  
A. C. 890. ciperet Stephanus Papa erumpentes lacrymas cohibere non potuit, datisque ad Episcopos Galliæ Cispalinæ literis suavit, ut Ludovicum, Bosonis filium, Regem eligerent. Ergo cuncti Valentiaæ congregati, scilicet Aurelianus Archiepiscopus Lugdunensis, Rostangius Arelatensis, Arnaldus Embrodunensis, & Bernoinus Viennensis cum pluribus aliis Episcopis, consilium Papæ amplecti statuunt, unanimi consensu Regem eligunt, & unguunt Ludovicum filium Bosonis & Hermingardis, ex Imperatore Ludovico II. genitæ, puerum decennem. Sed confidebant fore, ut Matris suæ Hermingardis, & Patruï Richardi Ducis Burgundiæ, Bosonis fratris consiliis adjutus, rem patriæ restitueret.

Hæc Regni Arelatensis seu Provinciæ principia fuere.

## §. VI.

*Mandata Pontificis ad Archiepiscopum Remensem directæ.*

Ecclesia Lingonensis ab annis jam decem turbis jactabatur. Isaaco Episcopo defuncto, aliqui Teutboldum ejusdem Ecclesiæ Diaconum, alii vero elegerunt Egilonem, seu Geilonem, Monasterii Nigri Abbatem, qui ex illa Insula a Normannis pulsus tandem cum sua Congrega-

gregatione in Monasterio Turnensi sedem Sæculum IX.  
 fixerat. Hunc Aurelianus Archiepiscopus A. C. 890.  
 Lugdunensis anno octingentesimo  
 octogesimo Episcopum Lingonensem  
 consecravit, qui quoad vixit Sedem hanc  
 obtinuit, & sub finem anni octingentesi-  
 mi octogesimali octavi fati functus est.  
 Tunc igitur rursus, qui Teutboldo fave-  
 bant, eum in Sedem Episcopalem evehe-  
 re conabantur, sed alii Argrimum eli-  
 gunt, cujus Electionem Aurelianus Ar-  
 chiepiscopus confirmavit. Itaque Teut-  
 boldi Fautores, querelis ad Stephanum VI.  
 delatis, missoque ad eum Teutboldo ro-  
 gant, ut ipsum Pontifex suis manibus E-  
 piscopum Lingonensem crearet.

At Papa, ut sua cuique Ecclesiæ jura Flod. hist. IV  
 salva essent, ad suam Metropolitam re- c. 1.  
 misit Teutboldum, quem, si Electio Ca- Mabill. to. 6.  
 nonica fuisset, sine cunctatione ordina- Act. p. 504.  
 ret, si vero non fuisset, id ad Papam per- to. 7. p. 22.  
 scriberet, sed alium, Episcopum Lingon-  
 nensem, sine Pontificis consensu ordina-  
 re non præsumeret. Misit Papa Oira-  
 num Episcopum Sinigalliæ Legatum suum,  
 qui mandata executioni daret. Cum  
 vero pervenisset ad Aurelianium; is Le-  
 gatum Lingonas ire jubet, promittens,  
 se propediem secuturum. Sed diu ex-  
 pectatus, nec venit, nec ullam cuncta-  
 tionis causam Papæ perscripsit. Ergo,  
 qui Teutboldum elegerant, iterum eum  
 Romam

Sæculum IX. Romam cum Decreto Electionis suæ mit-  
A. C. 890. tunt, instantissime Pontificem rogantes,  
 ut ipsum consecraret. Nihilominus Pa-  
 pa, ne tunc quidem prærogativis Eccle-  
 siæ Lugdunensis quidquam detrahere vo-  
 lens, remissum secundo Teutboldum or-  
 dinare datis literis Aureliano præcipit,  
 aut indicare, cur id recusaret. Aurelia-  
 nus spreto Pontificis mandato Argri-  
 mum Lingonensis Ecclesiæ Episcopum  
 ordinat, & in possessionem immittit. Ad-  
 versarii tertio Romam recurrunt; tan-  
 demque Papa, quod petebant, concessit,  
 datis ad Archiepiscopum Remensem li-  
 teris in hæc verba:

Stephanus  
 VI. ad Archi-  
 episcopum  
 Remensem.

*Cum in Persona S. Petri curam om-  
 nium Ecclesiarum suscipere jussi simus,  
 & perbene sciamus, Episcopum Legiti-  
 mum esse non posse, quem nec Clerici  
 elegerunt, nec populus expetiit; præ-  
 terea Clericorum, populique Lingonensis  
 precibus tacti, Teutboldum Diaconum  
 eis Episcopum dedimus. Idcirco tibi  
 præcipimus, ut quamprimum has nostras  
 Epistolas acceperis, ad Ecclesiam Lingo-  
 nensem te conferas, Teutboldum ibidem  
 stabilias, & omnibus Archiepiscopis de-  
 clares, nos hujus Ecclesiæ curam singula-  
 rem gerere, nec diutius refractariæ par-  
 tis insolentiam, & innocentium oppressio-  
 nem, esse passuros.*

Fulco

Fulco Archiepiscopus Remensis, acceptis Papæ mandatis, haud diu postea rescripsit, se sine mora obtemperaturum fuisse, nisi suadente Odone Rege rem differre coactus fuisset, donec ipse ad Papam Legatos misisset, ex quibus de voluntate Pontificis certior fieret. Ceterum, omnes Episcopos, apud quos Papæ Epistolæ fuissent recitatæ, maxime gaudere, quod diceret, velle se omnibus & singulis Ecclesiis jura sua & privilegia il-libata conservare. Præterea Pontificem rogabat, ut suam sententiam scripto sibi aperiret, de sequente quæstione; an Episcopis ipsius Suffraganeis Regem ungeri, aut aliud simile summi momenti negotium sine suo consensu perficere liceret. Hæc quæstio pertinere videtur ad Regem Odonem, electum frustra repugnante Fulcone, qui Guidonem fœderibus sibi junctum Franciæ Romanæ (\*) (ita enim provinciæ cisrhenanæ vocabantur) Regem dare molitus fuerat. Unde etiam pronum est conjicere, ideo Odonem nec ab Archiepiscopo Remensi nec a quoquam alio illius provinciæ Episcopo, sed a Walterio Archiepiscopo Senonensi unctum fuisse.

Sæculum IX.

A. C. 890.

---

*Odor Chr.  
to. 2. Duch.  
p. 637.*

Por-

---

(\*) Nempe quia illi populi in Francia, nobis transrhenana, lingua Romana, id est, Latina, ut ut corrupta, utebantur.



*Sæculum IX.* Porro Summus Pontifex ad Archi-  
*A. C. 890.* episcopum Remensem etiam literas de-  
*Sup. n. I.* dit in causa litis inter Hermannum Ar-  
*Flod. 4. hist.* chiepiscopum Coloniensem & Adalga-  
*6. I.* rium Episcopum Hamburgensem & Bre-  
 mensensem exortæ. Ambo nuper ad has  
 Cathedras evecti fuerant; nam Guille-  
 bertum Archiepiscopum Coloniensem  
 Concilio Moguntino anno octingentesi-  
 mo octogesimo octavo interfuisse vidi-  
 mus, Adalgarius autem S. Remberto, eo-  
 dem anno mortuo, successerat. S. Rem-  
 bertus Adalgarium Monachum novæ  
 Corbejæ, unde eum, ut in suo munere  
 adiutorem haberet, ad se evocaverat,  
 Successorem sibi exoptaverat, atque hanc  
 electionem a Rege Ludovico Germani-  
 co, Ludovico & Carolo ejusdem filiis,  
 a Concilio, Abbate & fratribus illius  
 Congregationis confirmari curaverat.  
 Vir Sanctus ultima ante obitum suum  
 septimana singulis diebus Extrema Un-  
 ctione & Viatico pro more illius ætatis  
 munitus est, obiitque undecima Junii  
 anno octingentesimo octogesimo octavo,  
 ex quo Episcopatum suscepisset, vigesimo  
*Mart. Rom.* tertio. Ecclesia decima quarta Februa-  
*4. Febr.* rii ejus memoriam colit.

*Flod.* Cum igitur Hermannus querelas apud  
 Pontificem movisset, & Adalgarius, post-  
 quam & ipse rem ad S. Sedem detulis-  
 set, & Romam profectus, Hermannum  
 accu-

accusasset, quod Ecclesiæ suæ jura læderet, Papa Hermannum citavit, jussitque coram se causam dicere, & quamvis non venisset, in absentem pronunciare sententiam noluit, ne exinde nova oriretur contentio. Sed datis ad Fulconem Archiepiscopum Remensem literis, ei præcepit, suo nomine Concilium cum Episcopis vicinis Wormatiæ celebrare, quo etiam Hermannum Coloniensem & Sunderoldum Moguntinum cum suis Suffraganeis convenire jusserat; quin & Adalgarius monitus fuerat, ut adesset, ubi uniuscujusque jura accurate ad examen vocarentur. Tandem Papa Archiepiscopum Remensem rogabat, ut ad se inviseret, si aliqua ratione id fieri posset, quoniam non solum de hac causa, sed etiam de pluribus aliis cum ipso deliberare & communicare consilia cuperet. Hæc Stephani Papæ Epistola anno octingentesimo nonagesimo sub finem vitæ ejus scripta fuerit necesse est, quia Fulconis Responsum ad Formosum Papam Stephani Successorem directum fuit.

Sæculum IX.  
A. C. 890.

§. VII.

*Stephani Papæ obitus.*

Stephanus Papa pessimam, quæ irreplevit. ap.  
rat, consuetudinem abolevit, ne deinceps Anast.  
ceps Presbyteri, singulis diebus in Basilica S. Petri Sacrificium offerentes, ad  
*Hist. Ecclesiast. Tom. XIII.* B pen-

Sæculum IX.  
A. C. 891. pendendam certam pecuniæ summam  
 cogentur. Oratio aliqua ad populum  
 suum hujus Pontificis opus esse dicitur,  
 quam inter Missæ Solemnia pronuncia-  
 vit, qua aliquos in Ecclesia contra mode-  
 stia leges peccantes aut garrulos, alios  
 veneficiis & cantionibus magicis operam  
 dantes increpat. Simplex est sermo &  
 familiaris, sed auctoritate S. Scripturæ  
 confirmatus. Præterea Stephanus a mu-  
 nificentia in pauperes, captivos, & Ec-  
 clesias, quas mire ornavit, commenda-  
 tur. Videns, quod in Basilica S. Petri  
 ad Nocturnos semel tantum offerretur  
 incensum, constituit, ut ad omnes Le-  
 ctiones & omnia Responsoria thus ado-  
 leretur. Inter illa, quæ Ecclesiis dono  
 dedit, complures libri, scilicet aliquæ  
 S. Scripturæ partes, vel Patrum Homi-  
 liæ adnotantur. Obiit secundum opi-  
 nionem magis probabilem septima die  
 Augusti anno octingentesimo nonagesi-  
 mo primo, postquam Sacram Sedem tenuisset annis sex, uti in ejus Epitaphio  
 legebatur.

*Papeb. Con.*

§. VIII.

*Viri eruditi in Anglia.*

*Sup. Lib.*  
*LIII. §. 3.*

**R**ex Alfredus in Anglia, editis legibus  
 tranquillitate publica reducta, ad li-  
 terarum studia quoque revehenda ani-  
 mum adjecit, quibus & veritas Religio-  
 nis

nis defenderetur, & puritas morum con-  
 fervaretur. Igitur missis in Franciam Le-  
 gatis Grimaldum & Joannem Mona-  
 chos & Presbyteros advocavit, ambos  
 scientia & virtutibus insignes. Grim-  
 baldus septennis Hugoni Abbati, Caroli  
 Magni filio, in Monasterio S. Bertini, tra-  
 ditus, & in majore ætate deinde Præpo-  
 situs electus, recusavit accipere Abbatis  
 nomen, quod ipsi Balduinus Calvus,  
 Flandriæ Comes, tribuere volebat, eo  
 consilio, ut jus nominandi in hac Abba-  
 tia usurparet, & electionem abrogaret.  
 Porro Grimaldus totius Congregatio-  
 nis nomine Regem rogavit, ut ipsis Ful-  
 conem, Archiepiscopum Remensem, Ab-  
 batem daret, intrepide professus, malle  
 se omnes e Monasterio migrare, quam  
 sub potestate viri laici remanere. Ob-  
 tinuerunt a Rege, quod petebant, nam-  
 que Fulco Archiepiscopus is fuit, qui a  
 Rege Alfredo rogatus Grimaldum in  
 Angliam trajicere jussit. Erat tunc  
 Grimaldus vir venerabilis, Cantor ex-  
 cellens, in Sacra Scriptura & Scientia Ec-  
 clesiastica versatissimus.

Joannes vero in Saxonia natus, & in  
 Francia, in Monasterio Corbejensi, ut  
 putant, educatus, felicissimum ingenium  
 sortitus erat, quod deinde bonis literis  
 & multis artibus liberalibus excoluit.

Sæculum IX.  
 A. C. 891.

*Afferi. Me-  
 neu. p. 14.*

*Mabill.  
 Sæc. V. init.*

*Mabill.  
 Sæc. 5. p. 28*

*Sæculum IX.* Cum igitur in Angliam circa annum  
*A. C. 891.* octingentesimum octogesimum quartum  
*Id. Sæc. 4.* cum quibusdam aliis viris doctis appu-  
*ad ann. 895.* lissent, eorum documentis auditis Rex  
*Sup. Lib.* Alfredus multum proficiens Magistros  
*XXXIV.* suos opibus & honoribus auxit. Præ-  
*§. 14.* ter eos vocavit etiam Asserium Mona-  
 chum Asceterii Menevensis seu S. Dwidi,  
 in extrema parte Walliæ positi. In hac  
 Ecclesia Metropolitana Monachi ministra-  
 bant; & Asserius Archiepiscopum co-  
 gnatione sanguinis contingebat. Ægre  
 consensit, ut in Regia Alfredi diversaretur,  
 & aliquam anni partem ibi exigere. In  
 Regiam vero ibat, consentiente Congre-  
 gatione sua, ad conciliandum sibi Alfredi  
 auxilium contra Hemeidi, Regis ipso-  
 rum, tyrannidem. Quippe illi Walliæ  
 populi, veterum Britonum profapia, nec-  
 dum barbarorum ferocitatem exuerant.  
 Asserius apud Regem Lectoris officio  
 fungebatur, optimos Scriptores præle-  
 gebat, & de doctrina conferebat. Ei-  
 que Rex Monasteria Amgresburiense &  
 Banuvillanum concessit; tandem vero  
 Episcopum Schireburnensem creari cu-  
 ravit.

*Mabill.* Phlegmundum quoque vocaverat, de  
*Sæc. 5. p. 58.* gente Merciorum virum, qui in Cestria  
 Insula annis permultis vitam anachore-  
 ticam

ticam duxerat. Eum Alfredus ad Digni- Sæculum IX.  
tatem Archiepiscopi Cantuariensis anno A.C 891.  
ocingentesimo nonagesimo evexit.

Horum itaque virorum usus opera  
Rex Alfredus in Angliam reduxit amo-  
rem literarum, quæ usque adeo negle-  
ctæ fuerant, ut rarissimi essent, qui lin-  
guam latinam callerent. Supererat ta-  
men Schola celebris Oxoniensis, cujus  
Magistri docendi methodum a S. Gilda, Affer. p. 16.  
Melchino, aliisque, S. Germani Antissio-  
dorensis tempora repetentes, sibi tradi-  
tam affirmabant. Unde anno ocingen-  
tesimo octogesimo sexto Oxonii magna Schola Ox-  
fordiensis.  
orta contentio inter Grimbaldu[m] & quos  
adduxerat socios ex una parte, atque ex  
altera inter senes illos Oxonienses Do-  
ctores, qui recentiorum nuper advecto-  
rum methodum & regulas respuebant.  
Jam annis tribus gliscebant animorum dis-  
sensio, tunc vero ad bellum literarium  
ventum est. Quod ut componeret, ipse  
Rex Alfredus Oxfordiam venit, tam u-  
nam quam alteram partem summa pa-  
tientia audit, monita salutaria suggerit,  
nec prius inde, quam dissidentes recon-  
ciliasset, discedit. Nihilominus Grim-  
baldus, indignatus adversariorum perti-  
naciæ, illico in Civitatem Wintonien-  
sem & Monasterium nuper a Rege fun-  
datum se recepit. Ubi munere Abbatis  
suscepto obiit anno nongentesimo tertio,  
B 3 octa-

Sæculum IX. octava Julii, qua die inter Sanctos hono-  
A. C. 891. ratur.

*Affer. p. 18.*

*Sup. Lib.*

*LIII. §. 43.*

Joannes Abbas fuit Monasterii Æthelingiensis haud diu abhinc a Rege Alfredo extructi in illa Insula, quæ ipsi Asylum, Danis in Anglia dominantibus, præbuerat. Collapsa erat penitus Disciplina Monastica, tum ob frequentissimas Barbarorum incursiones, tum ob Anglorum socordiam, qui rerum omnium abundantia felices egestatem & laborem vitæ monasticæ spernebant. Unde nemo liberaliore genere ortus monasticum institutum sponte sua amplectebatur, & quamvis plurima in illis regionibus adhucdum extarent Monasteria, non nisi parvuli in iis alebantur, ætate necdum rationis capace. Regula autem nullatenus observabatur. His itaque causis permotus Rex Alfredus in novum suum Monasterium Æthelingiense diversarum nationum juvenes, præsertim Francos, immisit.

Postquam Joannes Abbas aliquot annis huic Monasterio præfuisset, duo ex illa Congregatione, unus Sacerdos, alter Diaconus, natione Galli, immani odio concepto, in optimi patris perniciem conjurant. Ergo servos duos pecunia corruptos jubent noctu in Ecclesia abscondi, his instructos mandatis: cum ille de more orandi causa solus intrasset, ceteris

ceteris Fratribus dormientibus, ad Alta-  
re procumbentem percuterent, & cor-  
pus ad ostium impudicæ mulieris ex-  
portarent; quo omnes crederent, Vene-  
ri indulgentem, deprehensum fuisse, &  
occisum. Perditissimi ficarii mandato-  
rum tenaces, & armati in Ecclesia ad in-  
sidias collocantur; media nocte Joannes  
Abbas, ut solitus erat, ad orandum ve-  
nit, cumque ante Altare genua flexisset,  
latrones nudo ferro erumpunt e latebris.  
Ille intrepidus, alias artis militaris non  
expers, ubi gressus præcipitantium stre-  
pitum audiit, obviam se infert, corpus  
tuetur, magna voce exclamans, Dæmo-  
nes adesse, ut ipse nempe credebat, ra-  
tus, tam exquisitæ nequitæ suspicionem  
in homines cadere non posse. Discusso  
somnia, properant ad auxilium feren-  
dum monachi, audito Dæmonis nomine  
pavidi; sed grassatores tunc quidem fu-  
gerunt, Abbati lethali vulnere inflicto,  
atque in paludibus monasterio subjectis  
delituerunt. Monachi semianimem tol-  
lunt mœrentes, & ad cellas deferunt;  
nullos vero tristis casus magis affligere  
videbatur quam versipelles illos, qui cæ-  
dis auctores erant. At tam ipsi, quam  
qui tetro facinori perpetrando manus  
commodaverant, condignis suppliciis  
fracti, scelus eluerunt. Hic vitæ finis  
fuit Joannis Abbatis, qui alius fuit a Joan-

Sæculum IX.

A. C. 891.

Sup. n. 58.



Sæculum IX. ne Scoto, seu Erigena, Carolo Imperatori olim carissimo, atque etiam a quodam Joanne Sophista, qui Malmesburiaë martyrio affectus dicebatur.

## §. IX.

*Alfredi Regis Scripta.**Affer. p. 5.*

Alfredo Regi satis non fuit & literas & viros doctos fovere, sed etiam tam se ipsum quam populum suum erudiri voluit. Non ipse tamen in prima ætate literas didicerat; sed gentis suæ more venationi aliisque exercitationibus, quibus corpus duratur, indulserat. Duodenni major fuit, cum alphabetum cognoscere cœpit, & quamvis exinde sciendi avidissimus esset, bella tamen a Danis illata otium scientiis operam dantibus necessarium non concesserant. At rebus pacatis serio tempus omne cum viris doctis, quos advocaverat, literis dedit. Magna cura veteres versus lingua Saxonica concinnatos, qui illius Gentis historiam complectebantur, collegit, ipse Hymnos composuit, moribus populi sui formandis aptos. Ut illis, nimirum plerisque, qui linguæ latinæ ignari erant, obsequium præstaret, Doctorum virorum auxilio usus, libros quos judicabat fore utilissimos, & inter alios S. Gregorii librum Pastoralem, Historiam Pauli Orosii, & Bedæ, in linguam vulgarem

*Sup. Lib. XLV. §. 29.*

garem transtulit. In Præfatione Libri Sæculum IX.  
 Pastoralis ad Episcopum Londinensem A. C. 891.  
 directa loquitur in hunc modum:

*Sæpe multumque perpendi, quam mul-* Post. Affer.  
*ti olim viri tam Ecclesiastici quam Sæ-* p. 25.  
*culares ex Gente Anglorum scientiarum*  
*laude floruerint, tanto discendi, aliosque*  
*docendi studio ardentem, ut eruditionis*  
*fama permultos peregrinos ad nos per-*  
*traxerit; dum econtra nostra ætate pau-*  
*cissimos Anglos cis Humbri fluminis ri-*  
*pas inveni, qui preces ab omnibus recita-*  
*ri solitas intelligerent, vel Scriptum*  
*quodcunque ex Latino in linguam ver-*  
*naculam vertere possent. Non memini,*  
*me in ora Tamiris meridiana vel unicum*  
*novisse, qui latini sermonis peritus esset,*  
*cum Regnum auspiciatus sum. Nunc ve-*  
*ro, Deo sint infinitæ laudes! qui publicis*  
*muneribus funguntur, ad plebem docen-*  
*dam idonei sunt. Itaque te exhortor,*  
*ut scientiam a Deo tibi datam non par-*  
*cius Fidelibus communices, quam bona*  
*temporalia pauperibus largiris. Cogita,*  
*Deum pœnas a nobis severissime exactu-*  
*rum, nisi sapientiam amaverimus, eam-*  
*que posteris tanquam pinguem hæredita-*  
*tem reliquerimus. Christianorum nomi-*  
*ne gloriamur, sed pauci tanti nominis of-*  
*ficiam implent.*

*Illud quoque animo recurrit, prius-*  
*quam hostes patriam nostram depopula-*

Sæculum IX. A. C. 891. *ventur, vidisse me in Anglia Ecclesias pretioso ornatu nitentes, & maximam copiam librorum, ex quibus tamen viri Ecclesiastici haud sane multum emolumentum capiebant, quia eos non intelligebant. Majoribus vero nostris in mentem non venit, curare, ut in linguam vulgarem verterentur, quia nunquam putassent, eam fore unquam totius gentis segnitiam, ut linguæ latinæ usus periret.*

*Igitur utilissimum Fidelibus futurum existimamus, si libros omnibus maxime necessarios in linguam vulgarem transferri jubeamus, & curemus; ut sios juventutis in Anglia, illi præcipue, qui liberi nati sunt, & facultatibus abundant, præ ceteris rebus omnibus legere discant, unde ipsis saltem illa, quæ lingua patria scripta sunt, profint. Illi deinde linguam latinam doceantur, qui ad ipsa scientiarum adyta admittendi videbuntur. Ad hunc finem salutarem consequendum, ego tanta negotiorum mole, qua Reges solent, pressus, Librum Pastoralem in linguam nostram transferre aggressus sum, nunc verba, nunc sensum reddens, prout mihi Plegmon Archiepiscopus meus, Asserius meus Episcopus, Grimbaldu & Joannes Capellani mei suadebant. Cujus libri exemplar unum ad singulas Ecclesias Episcopales Regni mei cum supellectile scriptoria marcarum quinquaginta*

ginta nisi; prohibeo autem, Dei nomine, Sæculum IX. A. C. 891.  
 ne quis supellectilem a libro separare, aut librum ab Ecclesia auferre præsumat. Nescimus enim, an posteriore ætate Episcopi Doctrina præditi, quales hodie habemus, futuri sint. Unde præcipio, ut hi libri semper in suo loco serventur, nisi Episcopus illos legere, aut viro docto ad describendum commodare voluerit.

## §. X.

*Regis Alfredi Pietas.*

Sapientissimus Rex plurima jussit celebrari Concilia; horum quippe numero Comitia accenseri possunt, quæ, vit. per Spelm. lib. 2. in fi. ipso jubente, saltem bis in anno habebantur. Ad ea nemo, nisi Episcopi & Optimates Laici, vocabatur, & Episcoporum præcipua erat Auctoritas. Hujusmodi Concilium illud fuit, anno octingentesimo octogesimo sexto convocatum Londini; quam urbem, diu desertam, Alfredus incolis implevit, unde totius Angliæ Caput haberi cœpit.

Idem Rex subinde eleemosynas Romanam mittebat; quod anno octingentesimo octogesimo septimo, & tribus annis sequentibus fecisse legitur. Affer. p. 15.

Reditus universos Regni sui Alfredus in duas partes dividebat, quarum alteram in quatuor partes subdivisam ad pia Id. p. 19.

Sæculum IX. pia opera impendebat, scilicet primam  
A. C. 891. ad alendos omnis generis pauperes, secundam ad sustentanda duo Monasteria a se fundata, Æthelingiense virorum, & Schafburienſe mulierum, cui Filia ipsius Athelgeva, prima Abbatissa, præfuit. Pars tertia Scholis, quas ipse crexerat, conservandis, & quarta ad subsidia omnium Monasteriorum tam in Anglia quam ultra mare positorum mittenda, destinata erat. Diei tempus quoque diviserat, mediam partem Religioni consecrans, alteram negotiis, atque curando corpori tribuens.

*Affer. p. 20.* Quotidie Missæ Sacrificio intererat, Divinum Officium singulis horis canonicis recitabat, & noctu etiam secreto in Ecclesiam se conferebat. Suo tempore lectioni aut meditationi vacabat; quare Psalterium, horas minores semper circumferebat, & chartam paratam, in qua singulis diebus illas S. Scripturæ sententias, quibus maxime movebatur, adnotabat. Has deinde in Manuale contulit, & sæpissime suavissimo animi sensu relegit. Tandem Rex piissimus, cum ordinem in rebus agendis tota die servare cuperet, & usus horologii necdum esset inventus, cereos sex æqualis omnino ponderis fieri jussit, quorum unus accensus quatuor horarum spatium implebat; Capellanis vero imperatum erat,  
 per

per vices Principem monere, quoties. Sæculum IX.  
A. C. 891.  
cunque uno consumpto alius cereus accendendus erat. Porro ne faces istæ flante vento forsan extinguerentur, eas laternis corneis, proprio ingenio excogitatis, includi curavit. Nam quamvis hoc invento aliæ provinciæ cum pluribus ante Jesum Christum sæculis uterentur, Plaut.  
Amphi. Act.  
vers. 185. illud tamen hucusque in Anglia fuerat incognitum.

## §. XI.

*Literæ Fulconis in Angliam missæ.*

Cum Fulco Archiepiscopus Remensis frequenter ad Regem Alfredum literas daret, & comperisset, eum Ecclesiam Archiepiscopalem Cantuariensem Phlegmundo contulisse, missa Epistola, gratias egit, quod primæ Ecclesiæ virum virtutibus & pietate clarum, & in Disciplina Ecclesiastica versatum præfecisset. Fulco enim non ignorabat, quam pio conatu Phlegmundus incumberet ad emendandum in Anglia errorem perniciosum, a Gentilibus ortum trahentem. Videlicet putabant, non esse vetitum Episcopis & Presbyteris mulieres alere, cuilibet licere, feminas propinquas aut Virgines sacras matrimonio sibi jungere, & præter uxorem etiam aliam feminam concubinatus causa in domo habere. Ergo ex auctoritate Sanctorum Patrum demon-

mon-

Sæculum IX. A. C. 891. monstrat, quantum hæ opiniones sanæ  
Doctrinæ repugnent. Phlegmundo quo-  
que scripsit Fulco pium zelum in extir-  
pandis abusibus laudans, & Textus Scri-  
pturæ Sanctorumque Patrum ad eos  
impugnandos suggerens; ut meritorum  
tanti viri aliquam partem particeps fie-  
ret. Ceterum in his literis nomen Re-  
gis legitur scriptum, *Albrad*, & Archi-  
episcopi *Pleonic*. Tantopere idioma  
Francorum ab Anglicano divertebat.

*Sup. n. 6.* Sub idem tempus Fulco Archiepis-  
copus data Epistola ad Formosum Papam,  
qui Stephano VI. successerat, rationem

*Flod. l. IV.* reddidit negotii sibi a Stephano commis-  
si, nam Concilio Wormatiensi in causa  
litis exortæ inter Hermannum Colonien-  
sem & Adalgarium Bremensem præesse  
jussus fuerat. Tum nova mandata hac  
super re expetiit.

## §. XII.

*Formosus Papa.*

*Sup. Lib. L. §. 49.* Formosus Leonis filius jam ante Epis-  
copus Portuensis erat, quam cum Ni-  
colaus Papa in Bulgariam misit.

*Sup. Lib. LIII. §. 31. §. 44.* Superius commemoravimus a Joanne VIII. fuisse depositum & restitutum  
a Marino, quo sedente atque etiam Ha-  
driano & Stephano Successoribus ejus  
Formosi Romæ magna auctoritas fuit.

*Luitpr. I. c. 8.* Igitur electus est Summus Pontifex, quod  
vir

vir esset sincera Religione, Sacrarum Scri- Sæculum IX.  
pturarum & humanarum literarum scien- A. C. 891.  
tia clarus. Cumque Episcopali ordine  
jam pridem esset insignitus, non fuit or-  
dinatus, nec ei iterum manus impositæ,  
sed tantum in thronum Pontificalem so-  
lemni ritu euectus est. Quod factum Auxil. c. 26. 1  
creditur Die Dominica decima nona Se-  
ptembris anno octingentesimo nonage-  
simo primo. Primum hoc est, quod le- Papeb. 1 Co-  
gimus, exemplum Episcopi ab alia Eccle- nat.  
sia translati ad Sacram Sedem, quam  
Formosus annis quatuor & sex mensibus  
obtinuit.

## §. XIII.

*Responsum Pontificis ad Stylianum.*

Formoso itaque sedente, venerunt Le- Sup. Lib.  
gati Constantinopolitani cum Episto- LII. §. 51.  
lis ad Stephanum Papam directis, in qui-  
bus utriusque partis argumenta, ut jus-  
serat, in causa Photii Pontifex edoceba-  
tur. Photii nomine advenerant aliquis to. 8. Conc.  
Metropolita, & quidam Præfectus Im- p. 1410.  
peratoris. Legati adversæ Par-  
tis afferebant Styliani Episcopi Neocæ-  
sariensis Epistolam, in qua loquebatur  
ad Pontificem in hunc modum: *Dicis,*  
*Imperatorem & nos diversa scripsisse.*  
*Causam aperio. Illi nempe scripserunt,*  
*Photium Sedi suæ renunciasse, (\*) qui*  
*eum*

(\*) Cujusmodi Renunciatio fuerit, ex iis  
quæ



Sæculum IX | eum Episcopum agnoverant; nos vero, qui  
 A C. 891. | secundum Nicolai & Hadriani Pontifi-  
 cum atque Concilii Oecumenici Constan-  
 tinopolitani Judicium nunquam confessi  
 sumus, in Photio vel minimum Sacerdo-  
 tii vestigium reperiri, quomodo scribere  
 potuimus, ipsum Sacerdotio renunciasse?  
 Nos potius mirandi locum esse putamus,  
 quod postquam initio Epistolæ dixisses,  
 Photium a solida Petra, quæ est Jesus  
 Christus, esse rejectum, in fine tamen scri-  
 bas, ipsum in iudicium esse vocandum;  
 quasi vero aliquando Legitimus fuisset E-  
 piscopus.

Sup. Lib.  
 XV. §. 26. 28

Et infra: Iterum iterumque te roga-  
 mus, ut illis indulgeas, qui Photium invi-  
 ti & compulsi receperunt, petimusque, ut  
 literas Encyclicas ad Patriarchas Orien-  
 tis mittas, quo & ipsi, sicut nos, eadem  
 indulgentia lapsos habeant. Antiqua sic  
 fert Ecclesiæ Disciplina. Namque Ma-  
 gnus Athanasius ad Rufinianum scripsit,  
 quod in Conciliis solummodo Hæresis &  
 Schismatis auctores rejici, ceteri vero ex  
 indulgentia recipi, soleant.

tom. 8. Conc.  
 p. 1411.

Hac Epistola accepta Formosus Papa  
 respondit: Misericordiam & Indulgen-  
 tiam petitis, & quibus ea concedenda sit,  
 non dicitis. Vel enim Laici sunt vel  
 Pres-

quæ Sub. L. LIII. N. LI. commemorata sunt, Le-  
 ctor iudicet.

Presbyteri. Si Laici, veniam mereantur, Sæculum IX.  
 si autem Sacerdotes, non attenditis, quod A. C. 891,  
 Pbotius, vir Laicus, per impositionem ob-  
 liquæ manus nihil dare (\*) potuerit, nisi  
 damnationem, quam habuit. Oportebat  
 vestram Ecclesiam gravissimam subire  
 pœnitentiam; continet autem nos beni-  
 gnitas & Fratrum dilectio. Quapropter  
 misimus e latere nostro Legatos, Episco-  
 pos Landulphum Capuanam & Romanum,  
 quibuscum vos consultare hortamur, nec  
 non Theophylactum Metropolitam Ancy-  
 ranum, & Petrum nobis fidelem; ut an-  
 te omnia Sententia, qua damnatus est Pbo-  
 tius, perpetuo tempore immutabilis (\*\*)  
 permaneat.

Iis vero, qui a Pbotio fuerunt ordi-  
 nati, indulgentiam impertimur, & decer-  
 nimus, ut oblati Libellis se deliquisse fa-  
 teantur, veniam deprecentur, pollicentes,  
 se nunquam talem culpam admissuros. Tum  
 ad Communionem Fidelium laicam, secun-  
 dum mandata ad vos transmissa, a quibus  
 nec latum unguem recedatis, recipiantur.

## §. XIV.

(\*) Nec Stylianus, nec Summus Pontifex  
 de caractere & valore Ordinationis in sensu  
 stricto, sed in sensu morali loquuntur.

(\*\*) Ipsum silentium satis indicat, Acta sub  
 Joanne VIII. fuisse nulla & ab eodem retra-  
 ctata.

Hist. Eccles. Tom. XIII.

C

Sæculum IX.  
A. C. 891.

§. XIV.

*Photii exitus. Ejus Bibliotheca.*

Hæc Formosi Epistola ultimum est, quod habemus, monumentum ad Photii Schisma pertinens, quod ab annis triginta Ecclesiam Constantinopolitanam perturbaverat. Exinde vero de Photio nulla amplius recurrit mentio; unde pronum est conjicere, haud diu postea superstitem fuisse.

Inter ejusdem Scripta, Bibliotheca & Nomocanone nulla magis celebrantur; & occasionem quidem scribendi Bibliothecam suam ipse in præfixa operi Epistola ad Fratrem suum Tarasium directa sic indicat: *Ex quo ab Imperatore & Senatu Legationem in Assyria obire jussus sum, rogasti me, ut tibi materiam librorum, quorum lectioni interesse non potuisti, mitterem, tum ut absentia mea solatium haberes, tum ut saltem Summam istorum librorum, qui ferme trecenti numero sunt, cognosceres. Mitto tibi igitur hæc fragmenta, quæ mihi memoria suggerere valuit, eo ordine, quo mihi occurrerunt.* Verisimile est, initium Operis e memoria fuisse scriptum, nam brevia sunt Excerpta; posteriora autem prolixitate laborant & ex ipsis libris descripta videntur.

Talia

Talia autem fragmenta habemus du-  
centa & octoginta, maximam partem ex  
Libris, qui interciderunt, sed ex illis,  
qui atatem tulerunt, videmus, ea bona  
fide & acri iudicio fuisse electa.

Sæculum IX.  
A. C. 891.

Solummodo Scriptores Ecclesiasticos  
deperditos, qui sunt numero quadragin-  
ta tum Theologos tum Historicos com-  
memorabo, nulla facta mentione libro-  
rum deperditorum illorum Scriptorum,  
a quibus alia habemus Opera, quale est,  
*Hypotyposes* S. Clementis Alexandrini,  
non numeratis etiam quibusdam Conci-  
liis, & complurium Hæreticorum libris.  
Photius plerumque suam sententiam de  
quolibet Scriptore, præsertim de Stilo  
profert. Sed en! primum Bibliothecæ  
ipsius articulum: *Lecta est Dissertatio*  
*Theodori Presbyteri; quod Liber S. Dio-*  
*nysii genuinum ipsius Opus sit. In ea*  
*solvuntur quatuor objectiones: Prima, Vid. Sup.*  
*si liber iste genuinus erat, qua ratione fa-*  
*ctum, quod non aliqui saltem Patrum, S. 33.*  
*S. Dionysio posteriorum, textus aliquos*  
*ex eo protulerint? Secunda, Eusebius*  
*Pampbili, cum Sanctorum Patrum libros*  
*enumerat, hujus Scripti nullam mentio-*  
*nem facit. Tertia, quo pacto in hoc Li-*  
*bro peculiariter referuntur Traditiones,*  
*quæ sensim & longo temporis decursu in*  
*Ecclesia ortæ sunt? Nam S. Dionysius A-*  
*postolis erat coævus, quod ex Actis Apo-*  
*stolo-*

Act. 17. 34.

Sæculum IX. *stolorum scimus, & fidem sane superat,*  
A.C. 891. *vel potius fabula est inepte conficta, S. Dionysio in mentem venisse, ut talia scriberet, quæ, ipso jam diu vita functo, in Ecclesiam erant introducenda. Quarta obiectio est: quomodo S. Dionysius de Epistola S. Ignatii loqui potest? Nam S. Dionysius tempore Apostolorum in vivis erat, Sanctus Ignatius vero sub Trajano passus est, paulo post quam hanc Epistolam scripsisset. Ergo Dissertationis Auctor hanc quadruplicem difficultatem tollere, & probare conatur, Magni S. Dionysii Librum vere ipsius partum esse.*

Plura non adjecit Photius; sed satis prodit, quam parvi pendat responsiones, quas ne quidem referre dignatur. Ex quo facile infertur, quid in quæstione, an Liber revera S. Dionysii Areopagitæ Opus sit, senserit. At verisimile est, Photium mentem suam clarius explicare noluisse, ne sui ævi homines, contrarium pertinaciter propugnantes, temere offenderet. Inter Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores, quos commemorat, præ reliquis notandi veniunt Philostorgius, homo Ariana hæresi inquinatissimus, Joannes Ægeus, cujus historia ab Hæresi Nestorii initium ducens usque ad tempora Petri Fulonis depositi continuabatur. Erat is Sectator Eutychis, & Concilii Calcedonensis infensissimus hostis.

Basilus

Basilii ex Cilicia, qui res gestas ab obi-  
 tu Simpliciani Papæ usque ad mortem Sæculum IX.  
A. C. 891.  
 Anastasii Imperatoris scripsit. Is pluri-  
 mas Episcoporum Epistolas Historiæ suæ Cod. 42.  
 inseruit. Sergius in Causa Imaginum Cod. 67. p. 99  
 Cultus sub Michaele Balbo Confessor,  
 & quidam Leucius Carinus, qui histo- Cod. 114.  
p. 29.  
 riam apocrypham & admodum absur-  
 dam confarcinaverat, eamque itinera A-  
 postolorum nuncupaverat.

Inter Theologos in Photii Bibliotheca  
 occurrunt: Apollinaris Episcopus c. 14.  
p. 11. &c.  
 Hierapolitanus in Asia sub Vero Impera-  
 tore, qui Apologeticum pro Religione  
 Christiana contra Paganos scripserat.  
 Methodius Episcopus & Martyr, qui ad  
 probandam Resurrectionem contra Ori-  
 genem Opus ediderat. Theognostus  
 Alexandrinus a S. Athanasio citatus, cu-  
 jus doctrina sanæ fidei non erat satis con-  
 sentanea. Pierius Presbyter, Doctor  
 Ecclesiæ Alexandrinæ, & Martyr. Pam-  
 phylus Presbyter Pierii Discipulus, & e-  
 tiam Martyr. Hippolytus Sancti Ire- c. 202. p. 526.  
 nei Discipulus. S. Hippolytus Martyr,  
 qui in Daniele commentatus est. Dio-  
 dorus Tarsensis, & Theodorus Mopsue-  
 stenus. Joannes Scytopolitanus, qui  
 contra Eutychianos decertavit. Euse-  
 bius Episcopus Thessalonicensis, contra  
 illos, qui in illa Secta Incorruptibiles di-  
 cebantur. Modestus Episcopus seu ve-

Sæculum IX. rarius Vicarius Jerosolymitanus. S. Eu-  
 A. C. 891. logius Patriarcha Alexandrinus, qui mul-  
 p. 250. &c. ta contra Novatianos & Eutychianos  
 Sup. Lib. scripsit; nihil autem nisi hæc fragmenta,  
 XXXII. ut suo loco memini, ad nos usque per-  
 §. 31. venit.

Tandem Photius fragmenta nobis tra-  
 didit amplissimi Operis Monachi Jobii  
 de Incarnatione, in novem libros & qua-  
 draginta quinque capita divisi. Hucus-  
 que de Bibliotheca Photii.

## §. XV.

*Photii Nomocanon.*

*Bibl. Justel.* **P**hotii *Nomocanon* est Collectio Cano-  
 p. 789. tom. 2. num in quatuordecim Titulos divisa,  
 cujus Tituli plura Capita pro materiæ  
 diversitate complectuntur. In hac Col-  
 lectione continentur omnes Canones in  
 Ecclesia Græca recepti, & initium duci-  
 tur a Canonibus Apostolorum usque ad  
 Synodum septimam Oecumenicam, qui-  
 bus Photius Concilia, a se ipso celebra-  
 ta, improba solertia adjunxit; scilicet  
 illud, quod in Ecclesia SS. Apostolorum  
 anno octingentesimo sexagesimo primo  
 habitum, & primo-secundum dictum,  
 tum etiam illud, in quo anno octingen-  
 tesimo septuagesimo nono in Sedem Pa-  
 triarchalem restitutus est. Canonibus  
 jungit Leges Civiles, illis consentaneas,  
 easque in quolibet Capite refert, Titu-  
 los

*Sup. Lib.*  
 L. §. 13.

los Codicis vel Digestorum, in quibus Sæculum IX. A. C. 891.  
leguntur, citans. Verum in toto Ope-  
re Canones & Leges solummodo indi-  
cat, & verba non refert. Cujus exem-  
plum sit; ad Caput primum Tituli pri-  
mi, qui est, de Religione & Fide Catho-  
lica, subjungit: *Canon Apostolorum qua-  
dragesimus nonus, & quinquagesimus.  
Canon primus & quintus Constantinopo-  
litani. Canon 7. Concilii Epbefini. Ca-  
non 2. Concilii Carthaginensis. Canon  
1. 73. 81. sextæ Synodi. Lib. 1. Cod.  
tit. 1. Constitut. 1. 5. 6. 7. 8. 9.*

Ceterum Photius hoc Opus concin-  
navit anno Mundi 6391. seu Jesu Chri-  
sti 883. atque exinde apud Græcos in  
magno pretio fuit. Ipsius quoque com-  
plures habemus Epistolas, (\*) atque

C 4

Opus

(\*) Natalis Alexander de Photii Epistolis  
Sæc. IX. & X. istud habet: *Inter Photii Epi-  
stolas eminet illa, quam scripsit ad Michaelen  
Bulgarorum Regem De Officio Principis, in  
qua præclara hæc documenta inter alia obser-  
vanda sunt. Documenta XXXVII. deinde ex-  
cerptit Alexander, ex quibus hæc paucula subji-  
cere hic satis sit: I. Habe tibi amicos non ma-  
los sed optimos. Qui in amicos eliguntur, mo-  
res & dispositiones propalant ipsos eligentium.  
II. Sunt, qui pronunciant, ad Officium Regis  
imprimis pertinere, Rempublicam e parva ma-  
gnam*



Sæculum IX. Opus amplum, *Amphilochia* dictum, de  
 A. C. 893. Nomine illius Episcopi, † cui inscribitur.  
 † Cyziceni. In eo complures difficultates de explica-  
 tione Sacræ Scripturæ dissolvuntur. Sed  
 Opus adhuc est ineditum.

## §. XVI.

*Ecclesia Constantinopolitana.*

*Boll. 17.  
 Maj. Tom.  
 15. p. 36.*

Stephanus Photii in Sede Constantino-  
 politana Successor obiit anno octin-  
 gentesimo nonagesimo tertio, cum annis  
 sex sedisset. Eum Ecclesia Græca die  
 17. Maji inter Sanctos colit, quod omnia  
 boni Pastoris munera impleverit. Ei-  
 dem omnes Novellæ a Leone Impera-  
 tore, fratre ipsius, in causis Ecclesiasticis  
 editæ inscribuntur. Unde dispicimus,  
 illas

*gnam facere: Mihi potius videtur, ex impro-  
 ba, probam constituere. III. Principem non  
 tam excolit virtus bellica & salvum præstat,  
 quam benignitas & pius in cives affectus.  
 IV. Turpe est eum, qui viris imperat, succum-  
 bere mulieribus, & voluptatibus subditum in-  
 veniri. In illa femina tantummodo non delin-  
 quit aliquis, quam vitæ secundum leges adju-  
 tricem sortitur. V. Contumelia verbis inge-  
 sta apud homines liberos parum differt a pla-  
 gis acceptis & verberibus. Cavendum ergo  
 ne proclivis feraris ad convitiandum. Quam  
 dissimilia fuere pessima & turpissima Photii facta  
 pulcherrimis verbis!*

illas sex prioribus Regni sui annis fuisse vulgatas. Hæc Novellæ pleræque ad abrogandas res novas a Justiniano inventas tendunt.

Sæculum IX.  
A. C. 893.

At Leo Imperator majus aliquid in Jus Romanum molitus est. Cum enim Compilationem Justiniani imperfectam judicaret, quod in plures partes scilicet Digesta, Codicem, & Institutiones, ut nihil de Novellis recentioribus dicamus, esset divisa, omnes Leges illas in tot libris dispersas renovari & in unum corpus cogi jussit, quam Collectionem in sex partes & sexaginta libros divisit. Hæ Leges dictæ sunt Basilicæ, sive ideo, ut servaretur memoria Basilii Imperatoris, Leonis patris, qui Opus inchoaverat, sive ad indicandum, quod essent Constitutiones Imperiales. Dicebant Græci, voluisse se omnes leges contrarias, aut per consuetudinem abrogatas, ex hoc Opere rescindere. Ceterum hoc Jus exinde Græci semper observarunt, lingua Græca editum, cum Justinianum latina scriptum fuisset; sed cum jam illa, Justiniani nempe, ætate Constantinopolitani lingua latina non amplius uterentur, post breve tempus in Græcam translatum fuerat.

Præf. Basil.  
Not. I. Et  
testi. aut to.  
I. edit. 1647.

Stephani in Sede Constantinopolitana Successor fuit Antonius, cognomento Caulea, & ipse Sanctis adscriptus.

Post Theoph.  
p. 220. n. 8.

C 5

Qui

Sæculum IX. Qui nobili genere ortus, & ab ineunte  
A. C. 893. ætate Institutum Monasticum amplexus,  
 deinde a Congregatione Abbas electus  
 est. Inde evocatus, ad Sedem Constan-  
 tinopolitanam evectus est; eamque duo-  
 bus non plus annis tenuit.

## §. XVII.

*Res Franciæ.*

Formosus Papa sub idem tempus duos  
 Legatos Paschalem & Joannem, am-  
 bos Episcopos, in Franciam misit, qui  
 Concilio, ipso jubente Viennæ anno o-  
 ctogentesimo nonagesimo secundo, In-  
 dictione decima, celebrato, præfuere.  
 Complures Episcopi, & inter alios Ber-  
 nuinus Archiepiscopus Viennensis, Au-  
 relianus Lugdunensis, Isaac Episcopus  
 Valentinus & alter Isaac Gratianopoli-  
 tanus subscripserunt. Quatuor vel quin-  
 que Canones conditi, contra Usurpato-  
 res Bonorum Ecclesiasticorum, contra  
 Parricidas, latrones qui Clericos vel mu-  
 tilarent, vel contumeliis afficerent.  
 Contra fraudulenter agentes in reddendis  
 Legatis piis Episcoporum & Presby-  
 terorum, contra Sæculares, qui sine con-  
 sensu Episcoporum Ecclesias Clientibus  
 suis conferrent, aut pensionem a Pres-  
 byteris officium suum suscipientibus exi-  
 gerent.

Fulco

Fulco Archiepiscopus Remensis, da-<sup>Sæculum IX.</sup>  
 tis ad Formosum Papam literis, maxi-<sup>A. C. 893.</sup>  
 mum gaudium professus est, quod tan-  
 tum virum in S. Petri Cathedra sedere  
 sciret; idque certissimum esse indicium  
 existimabat, a Deo optimo Ecclesiam  
 suam solícite custodiri. Cum prius a  
 Pontifice accepisset Epistolam consolato-  
 riam, in qua dicebat vehementi deside-  
 rio ipsum videndi, & colloquendi se te-  
 neri, gratias egit, & præterea Papæ in-  
 dicat, quosdam Galliarum Episcopos  
 Pallium petere, omni Jure destitutos,  
 & Metropolitanam suam vilipendentes,  
 unde charitas lædi, & invidiosæ turbæ  
 oriri possent. Quare nomine totius Ec-  
 clesiæ Papam rogat, ne hujusmodi gra-  
 tiam sine consensu omnium unanimi, &  
 scripto, concedat.

*Flod. vers.  
to. 4. Act.  
Ben. p. 601.  
Flod. 1V.  
hist. c. 1.*

Papa in Responsoribus Fulconem cete-  
 rosque Franciæ Episcopos hortabatur,<sup>ibid. c. 2.</sup>  
 ut cum Ecclesia Romana dolerent, &  
 periclitanti opem ferrent. Subjiciebat,  
 jam diu Ecclesias Orientis variis Erro-  
 ribus perniciosis, & Ecclesiam Constans-  
 tinopolitanam Schismate turbari. Inter  
 Episcopos Africæ quoque jam diu discor-  
 diam gliscere, eorumque Legatos vehe-  
 menter instare, ut in hac causa (\*) re-  
 spon-

(\*) Non apparet, quodnam hoc schisma, &  
 qua

Sæculum IX.  
A. C. 893. sponderet, nec non se multum postulationibus Mandatariorum ex aliis Regionibus fatigari. *Quare, inquit, statuimus, Concilium Generale convocare, cui prima Martii, Indictione undecima (nempe anno octingentesimo nonagesimo tertio) initium dabitur, vosque admonemus, ut sine cunctatione veniatis; sic enim mature deliberare, & ampliora Responsa ad propositas nobis quæstiones dare licebit.*

## §. XVIII.

*Guido & Lambertus Imperatores.  
 Carolus Simplex Rex.*

Illud quoque Formosus Papa in sua Epistola Fulconi significabat, quod eodem anno, Indictione decima, seu anno octingentesimo nonagesimo secundo Guidonem Imperatorem coronasset. Erat is Guido Dux Spoletanus Filius Lamberti, qui Joannem VIII. Papam tantopere torferat, Fulconi sanguinis propinquitate junctus.

Anno

qua de re dissensio inter Episcopos Africae fuerit. Illud vero exinde liquet, non in Europa modo, sed etiam in aliis Orbis terrarum Partibus constantem Doctrinam & Disciplinam viguisse, in arduis negotiis vel ad Fidem, vel ad mores pertinentibus ad Sedem Apostolicam esse recurrendum.

Anno sequente 893. Formosus Lam- Sæculum IX.  
bertum quoque Guidonis filium corona- A. C. 893.  
vit. (\*) Inter hæc vero Fulco Archie-  
piscopus coacto Remis Concilio, Episco-  
pis & Proceribus præsentibus & consen-  
tientibus, Carolum juvenem Ludovici  
Balbi & Adelheidis filium anno ætatis  
suæ decimo quarto Regem proclamari  
curavit, qui vigesima octava Januarii  
anno octingentesimo nonagesimo tertio  
coronatus, postea Carolus simplex di-  
ctus est. (\*\*). Nihilominus Odo in ma-  
jore Franciæ parte regnabat, & in illis  
exordiis illi solummodo Optimates Ca-  
rolum

(\*) Consilium bonum! habere Imperatores  
in Italia & Romæ regnantes. Si modo tam po-  
tentes Italia dedisset Principes, qui & suæ Di-  
gnitati conservandæ, & Ecclesiæ Romanæ defen-  
dendæ pares fuissent.

(\*\*) De hoc Carolo Simplice, Ludovici Bal-  
bi ex Adelheide filio posthumo, in Narratione  
Flodoardi Act. Conc. ad annum Christi 892. in-  
serta, ex Epistola Fulconis ad Arnulphum Re-  
gem Germaniæ, hæc leguntur: *Denique de hoc  
quod audierat (Fulco) ipsi Arnulpho dictum  
fuisse, quod hic Carolus filius Ludovici (Balbi)  
non fuerit; asseverat, neminem se posse crede-  
re fore, qui eum si viderit, & parentem ipsius  
agnoverit, non agnoscat illum de Regali proces-  
sisse progenie: quædam etiam signa Ludovici  
Patris sui gestare, quibus agnoscatur filius il-  
lius fuisse.*

Sæculum IX. rolum receperunt, qui privatis rationi-  
 A.C. 893. bus Odonis Imperium averfabantur.

## §. XIX.

*Balduinus Comes Flandriæ excommu-  
 nicatur.*

*Flod. lib. IV.*  
*c. 7.*  
 In eodem Concilio Remensi Episcopi  
 Balduino Flandriæ Comiti complu-  
 rium delictorum reo Excommunicatio-  
 nem comminati sunt. Is enim Sacerdo-  
 tem virgis cædi jusserat, & quibusdam  
 Presbyteris ab illis Ecclesiis, in quibus  
 ordinati erant, abstractis, repugnantibus  
 Episcopis, alios constituerat. Fundum  
 Ecclesiæ Noviodunensi a Rege collatum,  
 & Monasterium S. Vedasti Attrebatu u-  
 surpaverat; tandem Sacramentum vio-  
 laverat Regi præstitum, & ab eo defe-  
 cerat. Præterea diu ante ab Episcopis  
 admonitus non resipuerat. Ergo Con-  
 cillii Remensis Patres censebant, Baldui-  
 num Excommunicationis pœna dignum  
 esse; verumtamen, cum pensarent,  
 quantum hic vir Ecclesiæ & Reipublicæ  
 prodesse posset, Censuram differendam  
 esse, eique longius tempus, quo errata  
 emendare posset, concedendum existi-  
 marunt.

Hanc sententiam Episcopi data Epi-  
 pistola Synodica Balduino significarunt,  
 & aliam ad Episcopum ipsius Diocœsa-  
 num,

num, nempe Dodilonem Cameracensem, <sup>Sæculum IX.</sup>  
 dederunt, qui, ad Synodum vocatus, <sup>A. C. 893.</sup>  
 excusaverat se ob latrocinia Norman-  
 norum vias publicas infestantium. Hunc *ibid. c. 6.*

rogabant Episcopi, ut Comitem Baldui-  
 num severe exhortaretur ad emendan-  
 da præterita; Episcoporum Epistolam ei  
 prælegeret, si præsens esset, absenti ve-  
 ro eam per Archidiaconum suum trans-  
 mitteret, qui sensum eidem diserte ex-  
 plicaret. Si ad Balduini conspectum  
 pervenire non posset, Archidiaconus in  
 aliquo loco, in quo ille Religioni illusis-  
 set, se præsentem literas publice recitari  
 juberet. Postea vero, nisi Balduinus  
 respiceret, nemo nec Monachus, nec  
 Canonicus, nec Christianorum aliquis,  
 sub pœna anathematis, cum ipso com-  
 municare præsumeret.

Si Hetilo Episcopus Noviodunensis  
 Attrebatum venisset, Dodilo se ad eum  
 conferret, & cum ipso deliberaret, quid  
 secundum Canones agendum esset, &  
 illud deinde datis literis Archiepiscopo  
 suo communicarent.

§. XX.

*Formosi Literæ in Franciam datæ.*

Fulco, corona Regi Carolo imposita,  
 rem celeriter per Epistolas Papæ in-  
 dicavit, petens consilium & auxilium. *ibid. c. 2.*  
 Ille complures Epistolas hac in causa de-  
 dit;



Sæculum IX. dit; imprimis ad Regem Odonem, quem  
A. C. 893. exhortabatur, ut delicta, quorum postu-  
 labatur, expiaret, Regis Caroli nec Per-  
 sonam lacefferet, nec Bona occuparet,  
 inducias concederet, dum Fulco Archi-  
 episcopus Romam proficisci posset. In  
 6. 3. Epistola ad Galliæ Episcopos Pontifex  
 instabat, ut eadem Regi Odoni suade-  
 rent, & inducias obtinere satagerent.  
 Regi Carolo Responsoriam scripserat, sa-  
 lubria suggerens consilia, & panem be-  
 nedictum, quem petierat, mittens.

At Arnulpho Regi Germaniæ mini-  
 me probabatur, quod se incscio Carolus  
 in Regiam Dignitatem fuisset assertus;  
 sibi enim soli in totum Francorum Im-  
 perium jus competere ajebat. (\*) Ar-  
 chiepiscopus Remensis, ut se de hoc fa-  
 cto apud potentissimum Principem pur-  
 garet, multum adlaboravit, rogavitque  
 6. 5. Papam, ut ad eundem literas daret, qui-  
 bus

---

(\*) Id juris omnino Arnulphus posterorum  
 ex Carolo Magno primogenitus sibi vindicari  
 potuisset, si se ex legitimo toro natum probas-  
 set. At non jus modo, sed sæpissime unanimis  
 populorum voluntas Reges facit. Ceterum illo  
 Sæculo nec tam scrupulose ac hodie de matri-  
 moniorum valore quærebatur, nec istam Nata-  
 lium maculam Arnulpho vel a Summo Pontifice,  
 vel ab aliis corvix Regibus objectam fuisse le-  
 gimus.

bus Regnum Caroli turbari vetaret, sed Sæculum IX.  
A. C. 893.  
 contra hortaretur Arnulphum, ad mit-  
 tenda Regi adolescenti & agnato auxilia.  
 Postea datis literis Fulco apud Pontifi-  
 cem conquestus est, quod nec Arnulphus  
 Carolo opem ferre, nec Odo militem  
 Regnum ipsius depopulantem revocare  
 voluisset, quin utrumque agros permul-  
 tos Ecclesiæ Remensis occupasse, Odo-  
 nem ipsam Civitatem obsidione cinxisse,  
 denique, priusquam belli turbæ compo-  
 nerentur, iter Romam fuscipere neuti-  
 quam sibi licere. Ceterum rogabat Pa-  
 pam, qui Lambertum juvenem Impera-  
 torem filii loco habebat, ut inter ipsum  
 & Regem Carolum fœdus amicitia con-  
 ciliaret, Odonem vero aliosque Franciæ  
 Optimates datis literis pacis consilia ar-  
 ripere, & Carolo de tanto Patrum suo-  
 rum imperio saltem exiguam partem re-  
 linquere compelleret.

Pontifex in Responsorio Archiepisco-  
 pi affectu, quo Lambertum Imperatorem  
 prosequabatur, dilaudato, hortabatur, ut  
 fidem eidem, utpote consanguineo, ad  
 ultima servaret, promittens de se ipso,  
 nunquam fore, ut Imperatoris juventu-  
 tem destitueret.

De quibusdam aliis causis, quas Ful-  
 co ad Pontificem detulerat, rescripsit  
 Formosus, quod excommunicasset, & a-  
 nathemate percussisset Richardum, Ma-  
D nas-

Sæculum IX. A. C. 893. nassem, & Ramponem, quod Teutboldo

Formosus  
Fulconi.

Episcopo Lingonensi oculos immani crudelitate eruiſſent, & Walterium Episcopum Senonum Sede ſua pulſum in carcerem detruſiſſent. Præcipiebat ergo Papa, ut convocatis Suffraganeis ſuis hoc Judicium confirmaret. Præterea Papa Fulconem increpabat, quod Bertarium Presbyterum a Clericis populoque, Odone Rege conſentiente, electum Episcopum Catalaunensem ordinare recuſaſſet. *Quin imo, addebat: a-junt te, defuncto Episcopo, hanc Ecclesiam Herilando Episcopo Teruanensi tanquam Feudum contuliſſe, jamque te dicere, quod quemdam Mancionem, quem alii criminibus admiſſis inquinatum ferunt, Episcopum Catalauni ordinaſſes. Porro Bertarium, cum iter Romam ſuſcepturus eſſet, a quodam, cui nomen Conradus, Vaſallo tuo, ex Ecclesia abſtractum, & unius menſis ſpatio in exilio detentum fuiſſe. Unde Pontifex Fulconem cum Mancione, Conrado, & quibusdam aliis Episcopis Suffraganeis ſuis præſtituto tempore Romam venire jubebat.*

Fulco autem Papæ perſcripſit, Ecclesia Teruanensi a Normannis vaſtata, Herilandum Episcopum ad ſe confugiſſe, quem ipſe, ut oportebat, excepifſet, & vacantis Eccleſiæ, (nempe Catalaunenſis

sis) Visitatorem constituisset, unde alia-  
 menta pararet, donec in illa Ecclesia a-  
 lius Episcopus consecraretur.

Sæculum IX.  
 A. C. 893.

Quia vero Teruanensis Diœcesis a  
 Barbaris ferocis ingenii incolebatur, quo-  
 rum lingua etiam ab idiomate Franco-  
 rum diversa erat, Papam consulebat, an  
 Herilando ad Sedem vacantem transla-  
 to, Teruanensibus suæ gentis Episcopum  
 dare sibi liceret. Scripsit quoque Fulco  
 cuidam Episcopo Romano, nomine Pe-  
 tro, petens, ut a Papa impetraret, Heri-  
 landum Teruana Catalaunum transferri  
 posse, adducto Actardi Nannetensis ex-  
 emplo. Ceterum pronum est conjicere,  
 Bernarium, Rege Odone consentiente  
 & approbante ad Episcopatum Catalau-  
 nensem evedtum, propter Fautorem  
 suum Fulconi Archiepiscopo fuisse invi-  
 sum. Itaque cum Herilandum trans-  
 ferre non posset, Mancionem Catalauni  
 Episcopum consecrare statuit, atque eo  
 consilio Suffraganeos suos convocavit.  
 Sed fuere, qui obsisterent; namque Ho-  
 noratus Episcopus Bellovacensis non so-  
 lum venire detrectavit, sed etiam Archi-  
 episcopi sui molimina publice vitupera-  
 vit. Nihilominus Mancion Episcopa-  
 tum Catalaunensem obtinuit, habemus-  
 que aliquam ipsius Epistolam ad Fulco-  
 nem Archiepiscopum datam, quam re-  
 ferre, operæ pretium videtur.

c.6. p.625.

p. 629.

D 2

Cum

Sæculum IX.

A. C. 893.

Analect. to.

3. p. 438.

*Cum quidam Presbyter, inquit, nomine Angelricus, ex pago Varnovia Parochiæ S. Lupi, illo tempore, quo Synodum celebrabamus, Catalaunum ad nos venisset, & convictus fuisset, accedente etiam propria confessione, quod in facie suorum Parochianorum, & consentientibus parentibus, cum femina, nomine Grimma, nuptias iniisset, in ipso autem temporis articulo, quo sponsam in domum suam deducturus erat, a viris quidam piis & fidelibus, (\*) prohibitus fuisset; re percepta omnes indoluimus, & priusquam in hac causa pronunciavimus, literas ad te mittere per eundem Presbyterum decrevimus, rogantes, ut, quid agendum sit, nos edoceas. Interim vero hominem a nostra Communionem segregavimus.*

Nun-

(\*) Ex his dispicimus, quam constans & perpetua in Ecclesia consuetudo, & quis sensus Fidelium de Sacrilegis Sacerdotum nuptiis fuerit.

Tam antiquam vero, tam venerabilem & ab Apostolis acceptam Disciplinam Lutherum monachum & Sacerdotem violare non puduit, cum suam sibi Catharinam, feminam votis solemnibus Deo consecratam, ad nefandum concubium rapuit; quem, si Jura Ecclesiastica Divinaque cohibere non possent, saltem honestas naturalis, qua rem, non malam, Deo promissam servare tenemur, a fœda lascivia revocare debebat.

Nunquam ante hujusmodi nuptiarum Sæculum IX  
 exemplum me legisse memini. A. C. 893.

## §. XXI.

*Regula Monachorum Reclusorum.*

Formosus Papa in quadam Epistola, ad Ap. Flod. IV  
 Fulconem Archiepiscopum data, Pres- c. 3.  
 byterum, quem magni faciebat, ad Epis- Cod. reg. to.  
 copalem Dignitatem, si occasio se offer- 2. p. 464.  
 ret, promovendum commendabat. Is  
 Grimlaicus fuisse creditur, Regulæ Re-  
 clusorum auctor, aut certe ejusdem no-  
 minis Presbyter, cujus precibus dedit,  
 ut eam scriberet. Solitarii, quibus tra-  
 ditur hæc Regula, Monachi erant Reclusi,  
 qui Cellam ingrediebantur emisso voto  
 nunquam exeundi. Nullus nisi diu mul-  
 tumque probatus admittebatur, acce-  
 dente Episcopi vel Abbatis Monasterii 6. 15.  
 illius consensu, namque Reclusorum cel-  
 lularum semper cuidam Monasterio junge-  
 bantur. Præfato licentiam tribuente,  
 uno anno in Monasterio probabantur,  
 quo tempore nunquam exhibant. Tum  
 votum Stabilitatis in Ecclesia coram E-  
 piscopo pronunciabant, & postquam Re-  
 clusus Cellam ingressus fuisset, ostium  
 signo annuli sui Episcopus muniebat.

Cellam exiguam esse oportebat, & 6. 16.  
 firmissime clausam. Intus Reclusus o-  
 mnia habebat necessaria, &, si Presby-  
 ter esset, etiam Sacellum ab Episcopo

- Sæculum IX. consecratum, cum fenestra, qua Eccle-  
A. C. 893. siam spectabat, per quam oblationem  
 suam in Missæ Officio dare, cantantes  
 audire, ipse cum Congregatione canta-  
 re, & ad se invisentibus respondere pos-  
 set. Hæc fenestra duplici spatio nem-  
 pe interiore & exteriori tegebatur, ne  
 Reclusus quemquam videret, aut ipse a  
 quoquam conspiceretur. Intra clau-  
 strum hortulus erat, ubi olera plantare,  
 & auram liberius captare daretur. Ex-  
 tra claustrum, sed in cella contigua, ha-  
 bitabant ipsius Discipuli, qui per aliam  
 fenestram Magistro ministrabant, aut do-  
 centem auscultabant. Ad salutem ani-  
 marum magis conducere credebatur, si  
 duo tresve Reclusi in uno loco degerent;  
 & tunc cellas habebant contiguas, cum  
 fenestris, per quas communicare possent.
- c. 17. Si quæ mulieres Reclusum consulere aut  
 ei peccata sua confiteri vellent, id in Ec-  
 clesia omni populo spectante fieri oportebat.
- c. 16. In eadem Regula Reclusi Sacram Scri-  
 pturam & Scriptores Ecclesiasticos lege-  
 re jubentur, unde se ipsos regere, tenta-  
 tionibus resistere, eosque, qui ad se Do-  
 ctrinæ capiendæ causa venirent, erudi-  
 re discant. Ubi duo erant juncti, non  
 alia loqui quam quæ ad spiritualem ani-  
 mæ profectum pertinebant, licebat. Tum  
 alter alteri culpam dicebat. Reclusus  
 solus

solus, sibi ipsi culpam dicebat, & conscientiam solícite examinabat. Auctor Sæculum IX.  
A. C. 893.  
Regulæ amare desinet corruptos ævi sui mores, præcepta Evangelii ex hominum memoria deleri, teporem ipsorum Reclusorum, quorum prima cura esset, cum hoc Institutum amplecterentur, quærere, an in Monasterio magna quiete fruturi essent, & nihil eorum, quæ vitæ humanæ subsidia sunt, sibi defuturum esset. Orationem mentalem præprimis necessariam Reclusis præcipit, & Communionem accipere, vel Missam celebrare singulis diebus approbat, si modo mente pura & rite disposita id fiat. c. 27. 28.

Labor manuum præscribitur, ne Reclusus illis horis, quibus nec orat, nec legit, vacet. Postquam auctoritatem S. Pauli attulit hujus Regulæ Scriptor, c. 31.  
*2. Theff. 3. 7.*  
ait: *Cum S. Apostolus Evangelium prædicans, nihilominus de gravi manuum suarum labore vixerit, qua fronte nos panem gratis nobis datum otiosi comedemus? Nos, inquam, qui non Prædicationis officio, sed sola propriæ animæ cura onerati sumus? Verum ideo S. Paulus non semper licentia sibi ob prædicationem Evangelii concessa utebatur, ut peccatores liberius corripere posset; vix enim satis constanter eos redarguimus, a quibus mercedem accipimus. Solitario Monacho, etiamsi aliunde haberet,* c. 36.



Sæculum IX. *ret, unde viveret, nihilominus suis ma-*  
A. C. 893. *nibus laborandum est, ut corpus casti-*  
*get, mentem puram conservet, vagas*  
*cogitationes figat, & cellulae suae tran-*  
*quillitatem amet.*

c. 40. Laboris tempus a Tertia usque ad  
 Nonam, nempe totum sex horarum spa-  
 tium, constituitur, aut etiam longius, si  
 c. 41. id paupertas exigat. Verum Solitario  
 monacho sponte a Fidelibus oblata ac-  
 cipere licet, quibus vel propriam vel  
 pauperum inopiam sublevet.

c. 48. Quando Reclusus agrotabat, aperie-  
 batur ostium, ad ferendum auxilium;  
 ipsi vero quocumque demum prætextu  
 c. ult. exire non licebat. Balneum in cellula  
 habere, & si essent Sacerdotes, quoties-  
 cunque videretur, lavari eis permitteba-

c. 51. tur. Nam ista mundities externa ad  
 SS. Mysteria accedentibus convenire

c. 37. credebatur. Ceterum hæc Constitutio  
 maximam partem ex Regula S. Benedi-  
 cti & Textibus SS. Patrum excerpta, u-  
 bique & teneram & solidam pietatem  
 spirat.

## §. XXII.

*S. Geraldus Auriliacensis.*

*Act. SS. Be.* **S**ub idem tempus S. Geraldus, Comes  
*Sæc. 5. p. 7. 9.* Auriliacensis in Arvernia, insigne hoc  
 prædium ad fundandum Monasterium  
 delegavit; sed, completa fabrica, anxie-  
 batur,

batur, ubi posset reperire Monachos, Regulam exacte observaturos. Misit igitur pueros nobiles ad Vabrense Cœnobium, ut in illa Congregatione normam vivendi monastica imbuerentur. Cum vero iidem pueri sine Magistro reverti iussi fuissent, brevi tempore molliter resoluti rigorem Disciplinae neglexerunt, illo quoque, quem ceteris præfecerat, in teporem prolapsus. Cœnobium Vabrense, quod hodie Ecclesia Episcopalis est, jam anno octingentesimo sexagesimo secundo Raimundus Comes Tolosanus fundaverat, ut obsequeretur desiderio cujusdam S. Abbatis, nomine Adalgisi, qui a Barbaris Palmatio in regione Petricoriensi pulsus, cum decem monachis, quos regebat, ad Comitem Raimundum se receperat.

S. Geraldus nobilissimum Genus fuit. Alterius Geraldus, etiam Auriliaci Domini, Comitis opulentissimi & piissimi, filius, anno octingentesimo quinquagesimo quinto in lucem editus, in timore Dei educatus est. Grandior deinde, quod adolescentes ceteri ex primis stirpibus orti solebant, venatione & armis exercitari jubebatur; sed cum infirma valetudine diu ab armis tractandis prohibitus, ex mandato parentum plus temporis lectioni tribueret, bonis literis usque adeo captus est, ut postea sanitati resti-

Sæculum IX.

A. C. 893.

*ibid p.6. Vit.**per Odon.**lib. I. c. 4. 5.*

S. Geraldus

*vita.*

Sæculum IX. restitutus, earum studium nunquam di-  
 A.C. 893. miserit, & quamvis artis militaris non

c. 6.

esset ignarus, omnes propemodum S. Scri-  
 pturæ Libros intellexerit. Parentibus  
 defunctis latissimorum fundorum, plu-  
 rimorumque servorum agros excolen-  
 tium Dominus ad eos regendos secun-  
 dum Justitiæ & Prudentiæ leges totus  
 incubuit.

c. 9.

Cum aliquando in coloni filiam for-  
 mæ eximiæ oculos licentius coniecisset,  
 puellæ specie illectus & patrem & filiam  
 in domum suam venire iussit; ulterius  
 vero non insanivit, sed domita libidine,  
 noctu & tempestate perfrigida e domo  
 se proripuit, & deinde puellam, prope  
 pellicem, dimissam honesto viro in ma-  
 trimonio tradidit.

c. 10.

Exinde S. Geraldus plus toto anno o-  
 culorum usu privatus est; quod in pœ-  
 nam admiffæ noxæ sibi evenisse credidit,  
 & nunquam postea scēminas in domo sua  
 versari passus, magno rigore corpus ma-  
 cerare cœpit.

c. 11.

Nuptiis renunciavit;  
 unde Guilielmi Ducis Aquitaniæ sore-  
 rem, pluresque alias e præclaro genere  
 sponfas sibi oblatas accipere noluit. A-  
 micis vero suggerentibus, quod nobilis-  
 simæ suæ, ex qua ipse ortum traxisset,  
 familiæ filios & nepotes deberet, respon-  
 dere solebat; præstare improlem mori,  
 quam liberos degeneres relinquere.

S. Geral-

S. Geraldus debilium & oppressorum Defensor, ad eos solum protegendos arma corripiebat. Cum enim temporum illorum calamitas & Regum infirmitas causas in Judicio decidi raro permitterent, Proceres, Regum more, grassatorum vim repellere cogebantur; unde etiam Geraldus, vir pacis & quietis amantissimus, viris sapientissimis id suadentibus, vim armorum latrocinantibus opponere statuit. Summa autem moderatione habebat devictos, sanguini parcebat, captivos generoso animo fovebat. Unde in his velitationibus sapissime hostibus superior extitit, multisque visum, Geraldum non sine Numine Cælique singulari favore in adversa agmina movere.

Eleemosynas largissime distribuebat, nullum mendicum dimittere vacuum solitus. Non nunquam mensas pro pauperibus sterni jubebat, & cum cibi inferrentur, aderat, quos degustabat etiam, ut sciret, an satis laute haberentur. Namque culinæ præfecti cibos semper paratos reponebant, quos supervenientibus famelicis præberent. Præter pauperes autem peregrinantes, certum eorum numerum singulis diebus alebat; dum interim ipse parce admodum cibum sumeret. Nunquam cœnabat, ad vesperam levissima refocillatione contentus. Ad pran-

Sæculum IX.

A. C. 893.

c. 7. 8.

c. 14.

c. 15.

Sæculum IX. prandium fercula inferebantur, quantum  
A. C. 893. sat erat; viros doctos mensæ adhibebat  
aut pios, quibuscum de his, quæ super  
mensam legebantur, differebat. Aliis  
diei horis negotia disponebat, litigantes  
conciliabat, familiares instruebat, Hospi-  
tia invisebat, sacram Scripturam lege-  
bat. Ter in hebdomada jejunabat, &  
si in diem jejunii Festum incideret, jeju-  
nium in aliam diem differebat; si autem  
in Dominica jejunandum fuisset, una die  
maturius, nempe Sabbato abstinebat.  
Quod deinde in universa Ecclesia rece-  
ptum. Vestibus holosericis, aut valde  
pretiosis non utebatur, & in quibuscun-  
que Solemniis semper amictus Viri  
Sancti implicitatem & modestiam pro-  
debat.

*Lib. II. c. 17.* Septies saltem legitur Romam fuisse  
peregrinatus, ut limina S. Petri venera-  
retur, cui etiam Cœnobium suum Au-  
riliacense sacrum esse voluit. Quin &  
ipse totum se Deo in illo monasterio con-  
secrasset, nisi aliud persuasisset Gausber-  
tus Episcopus Cadurcensis, Conscien-  
tiæ ipsius Moderator, qui se consulentem  
admonuit, quod utilior proximo suo in  
Principatu, quam in monasterio futurus  
esset. Ex eo vero tempore vitæ rigorem  
auxit. *Mart. Rom.* Obiit S. Geraldus anno Christi  
83. Octobr. circiter 909. decima tertia Octobris, qua  
die Ecclesia ejus memoriam colit.

§. XXIII.

## §. XXIII.

*Concilium Cabilonenſe.*

Sæculum IX.

A. C. 894.

Adalgario Epifcopo Auguſtodunenſi †  
 fatiſ ſancto, Gerfredum Diaconum †  
 & monachum Flaviniacenſem rumor pu-  
 blicus accuſabat, quod piſſimum Patrem  
 lethali veneficio extinxiffet; idque faci-  
 nus toti Eccleſiæ Gallicanæ horrendum  
 videbatur. Pertinax fama Gerfredum  
 eo atrocius perculit, quod magna bene-  
 ficia a defuncto Præſule accepiffet. Cum  
 ergo Galonem Epifcopum Adalgarii Suc-  
 ceſſorem conſuluiſſet, quid ſibi agendum,  
 ut infamiam effugeret. Is vehementer  
 hortari cœpit; rem ſincere fateretur,  
 ſi ſibi criminis conſcius eſſet. Tum Ger-  
 fredo reclamante, ſe omnino inſontem  
 eſſe, Galon nolens tanti momenti cau-  
 ſam ſolus definire, convocavit Synodum  
 Provinciam, quæ prima die Maji anno  
 Salutis octingenteſimo nonageſimo quar-  
 to, Indictione duodecima, celebrata.  
 Huic Concilio præfuit Aurelianus Archi-  
 epifcopus Lugdunenſis, qui in Actis ad  
 nos uſque delatis Primas totius Galliæ  
 dicitur. Cum Archiepiſcopo aderant  
 Suffraganei ipſius, Galon Auguſtodu-  
 nenſis, Ardradus Cabillonenſis, Geral-  
 dus Matisconenſis, Sanctorum numero  
 adſcriptus, & Teutboldi Lingonenſis Le-  
 gati. Ergo Concilium in Eccleſia S. Joan-  
 nis

to. 7. Conc.

p. 437.

† Eduenſi

vel Eduo-

rum.

Gall. Chron.

nis

Sæculum IX.  
A. C. 894.

nis Baptistæ in suburbio civitatis Cabilonenſis congregatur, & Gerſredo monacho præſente, ejus cauſa ſecundum Canones ad examen vocatur. Cum autem nullum contra ipſum appareret argumentum, & poſt tertiam proclamationem nullus prodiret accuſator, decretum eſt, ut ad ſcandalum tollendum in proxima Synodo Diœceſana a Gallone celebranda ſe de hoc crimine purgaret, in teſtimonium ſuæ innocentiae Sacram Communionem accipiens.

Ut huic Decreto obſequeretur, Galon Synodum ſuam habiturus in Monafterium Flaviacenſe ſe contulit, ubi in Eccleſia S. Petri Sacris publice operans, moneri juſſit Gerſredum monachum, ad Communionem accederet, vel ſecundum conſcientiæ ſuæ teſtimonium recederet. Ille non dubitavit accedere, Deumque teſtem, & Sacramentum, quod ſumpturus erat, invocans, inſpectantibus omnibus communicavit. Ut vero impoſterum a calumnia tutum præſtaret, Galon Episcopus eidem literas authenticas dedit, quibus cum Episcopis Cabilonenſi & Matisconenſi ſubſcripſit. Aurelianus Archiepiſcopus Lugdunenſis haud diu poſt hoc Concilium e vivis abiit, nimirum anno, ut complures credunt, octingenteſimo nonageſimo quinto, quem ſua Eccleſia cultu Sanctis debito proſequitur.

Sedem

*Elog. Mabil.*  
*tom. 6. p. 504.*

Sedem Lugdunensem annis viginti te- Sæculum IX.  
nuit, & Alvalonem Successorem habuit. A. C. 895.

## §. XXIV.

*Concilium Triburiense.*

Eodem anno octingentesimo nonagesi-  
mo quinto, mense Majo, Indictione *Regin. an.*  
decima tertia, Rex Arnulphus, cum in *895.*  
Palatio suo Triburiensi prope Moguntiam *tom. 9. Conc.*  
versaretur, Concilium Generale ex om-  
nibus provinciis sibi subditis celebrari  
iussit, cui interfuere Episcopi viginti duo,  
nempe Hatto Archiepiscopus Mogunti-  
nus, Hermannus Coloniensis, & Ratbo-  
dus Trevirensis. Hatto seu Otto, hujus  
Synodi Præses, antea Abbas Augiæ di-  
vitis, Sunzoni, seu Sunderoldo, cum in  
pugna ad Cliviam contra Normannos  
dimicaret, interfecto successerat. Porro *Reg. an. 891.*  
Rudolphus Episcopus Herbipolensis Ar-  
ni, in acie contra Sclavos anno octin-  
gentesimo nonagesimo secundo cæsi, &  
postea SS. Martyrum numero adscripti,  
Successor erat, vir nobilissimæ prosapiæ  
& multarum imaginum, sed cujus vita  
plurimis non probabatur, & vires feren-  
do oneri Episcopali impares credebantur. *Id. 892.*  
Præter Episcopos in hoc Concilio ade-  
rant complures Abbates; atque etiam *Ditm. lib. 1.*  
ad Regem omnes Imperii Proceres con-  
fluxerant. *Præf. Conc.*

Indicto



Sæculum IX. A.C. 895. Indicto igitur trium dierum jejunio, precibusque publicis, populo ad Ecclesiam procedente, peractis, Rex Palatium ingressus & in throno, vestium splendore omnium oculos perstringente, sublimis, de salute Reipublicæ & Ecclesiæ pace deliberare cœpit, Episcopis interea in Ecclesia ejusdem loci congregatis, qui missis ad Regem Mandatariis, suo nomine interrogare jubent, an potentia a Deo sibi concessa ad protegendam Ecclesiam, ejusque auctoritatem confirmandam uti vellet. Remisit Rex, qui responderent; si curæ ipsis præprimis fuisset, Ministerio suo digne fungi, nunquam se commissurum, ut Sacerdotum Decreta a quoquam impune contemni sineret. Tunc vero Episcopi de sedibus suis surgentes exclamare: *Exaudi nos, Domine!* vivat Arnulphus, Regum maximus! pulsantur campanæ, *Te Deum Laudamus* decantatur. Mox coram Regis Legatis inclinato capite petunt, ut suo nomine gratias dicerent. Ergo cum Episcopi de rebus ad Ecclesiam pertinentibus deliberant, intrat Rex, & vicissim Episcopi ad Regium consilium adhibentur. Ceterum quæ hoc Concilium præcesserunt, & quæ secuta sunt, suspicandi ansam præbent, Regem ad illud convocandum non tam Ecclesiæ quam reipublicæ causa fuisse permotum. Namque,  
 anno

*Regin. an.*  
894. 895.

anno superiore, cum Arnulphus, Comitiis Wormatiæ coactis, Lotharii Regnum filio suo Zwentiboldo, ex Concubina genito, conferre cuperet, obstiterant Proceres; at Triburiensi Conventu soluto, eodem anno octingentesimo nonagesimo quinto, cum alium Wormatiam convocasset, Zwentiboldum, Regem Lotharingiæ, consentientibus omnibus Principibus proclamavit.

Sæculum IX.  
A. C. 895.

In Concilio Triburiensi Canones quinquaginta octo conditi, qui ferme omnes ad reprimendam improborum vim tendunt, vetantque crimina manere impunita. Quidam Presbyter coram Episcopis querebatur, se utroque lumine fuisse orbatum ob crimen non admissum, suamque innocentiam Episcopi sui testimonio comprobari. Episcopus quidem virum illum laicum, qui Presbyterum oculis privaverat, congregata Synodo in Judicium vocaverat, sed ipse ad Concilium provinciale appellaverat. Unde Episcopi hujus viri nocentis temeritate excitati missis ad Regem Arnulphum Legatis quærunt, quid de hoc Laico, aliisque peccatoribus contumacibus, & excommunicatis, pœnitentiæ subdi nolentibus, decerneret, simulque Canones excerptos mittunt, quibus omnes Christiani cum quocunque excommunicato communicare prohibebantur.

Arnulphus  
Rex in Con-  
cilio.

6. 20

*Hist. Ecclesiast. Tom. XIII.*

E Rex

Sæculum IX. Rex responsum edidit in hunc mo-  
 dum: *Omnibus Comitibus nostri Regni*

A.C. 895.

c. 3.

*præcipimus, excommunicatos pœnitentiam Ecclesiasticam, recipere pertinaciter recusantes, comprehendere, & ad nos perducere; si ipsos capere volentibus resistant rebelles, & in tali colluctatione occidantur, Episcopi nullam pœnitentiam interfectoribus injungant, nos eosdem a pecuniaria mulcta, quam leges præscribunt, eximimus, & cæsorum propinqui sacramento se obstringant, quod nullo tempore vindictam cogitare velint.*

c. 4.

Deinde mulctæ modus statuitur, quam ille secundum leges Barbarorum solveret, qui vulnerasset vel contumeliis violasset Presbyterum; si vero eum interemisset, pœnitentiam subire cogebatur hujusmodi: Annis quinque a carni-um esu, & vino abstineat, quotidie usque ad vesperam jejuset, exceptis Dominicis & Festis, arma non portet, pedibus proficiscatur, Ecclesiam non intret, sed ad portam oret. Annis quinque ita exactis, Episcopus ei Ecclesiam intrare concedat, sed inter Auditores stet, & non communicet. Post decem annorum spatium communicare licebit, & equo vehi, verum ceteros pœnitentiæ articulos ter in septimana servet.

c. 54. 55.

Cujuscunque homicidii voluntarii pœnitentia ad septennium extenditur.

Primo,

Primo, percussor quadraginta diebus ab Ecclesia exclusus in pane & aqua jejundet, nudipes incedat, nullo lineo amictu nisi femoralibus utatur, armatus nunquam conspiciatur, nec equo, nec curru iter faciat, ab uxore se contineat, & cum ceteris Christianis non communicet. Si ægrotet, aut ei inimici insidientur, pœnitentia differatur. Post dies quadraginta, adhuc dum uno anno ab Ecclesiæ ingressu arceatur, carne non vescatur, nec caseo, nec vinum, nec quemcunque liquorem melle dulcoratum bibat. Si morbo vexetur, aut iter faciat, pœnitentiam diei Martis, Jovis, & Sabbati uno denario, aut alendo tres pauperes, permutare liceat. Elapso anno Ecclesiam intrare possit, & duorum annorum spatio eandem pœnitentiam peragat, concessa sibi licentia relaxationem hujus rigoris tribus diebus in hebdomada prædictis operibus repensandi. Annis deinde quatuor sequentibus ter diebus quadraginta jejundet, nimirum ante Pascha, ante Festum S. Joannis, & ante Nativitatem Domini. Iisdem quatuor annis solum feria quarta & sexta jejundet; quin & feriam quartam eleemosynis redimere possit. Septem annis exactis reconcilietur, & Communionem accipiat. Si quis hominem dato veneno necaverit, pœnitentia in duplum augeatur.

Sæculum IX.  
A. C. 895.

Pœnitentia  
Homicidæ.

c. 56.

c. 57.

c. 58.

E 2

Ex

Sæculum IX. Ex his videmus, necdum consuetu-  
 A C. 895. dinem fuisse introductam in Sabbato je-  
 c. 50. junandi, sed Disciplinam pœnitentiæ  
 c. 58. publicæ viguisse, secundum diversos  
 Sup. Lib. gradus, quos primorum Sæculorum Ca-  
 X. §. 16. nones constituerant, & quales in Conci-  
 L. XVII. lio Ancyrano, atque in Epistolis S. Basilii  
 §. 14. ad Amphilochem legimus.  
 Can. 26. 27.

c. 23. 24. Clerici & Monachi Apostatæ, mulie-  
 res Deo Sacræ contemptis votis Religio-  
 c. 43. 53. sis nubentes, varii generis connubiâ il-  
 licita, præsertim nuptiæ inter adulterum  
 & adulteram, qui in necem primi mari-  
 ti conspirassent, damnantur.

Vir liber mancipium, concubinæ, (\*)  
 c. 4. non autem uxoris titulo, alere possit. Si  
 autem libertam duxerit, tanquam legiti-  
 c. 38. mam uxorem habeat. Diversitas Natio-  
 num & legum nuptias non impedit;  
 unde Francus mulierem ex Bavaria aut  
 Saxonia ducere possit, si modo ea, quæ  
 formulæ contractus civilis desunt, sup-  
 pleantur.

c. 3. Qui citatus ab Episcopo venire con-  
 c. 8. temperit, quadraginta diebus in pane  
 & aqua jejuset. Si dies, qua Episcopus  
 c. 9. Diœcesim suam visitans conventum in-  
 dixit, forsan illa ipsa sit, qua Comes po-  
 pulum ad negotia forensia convocavit,  
 popu-

(\*) Id est, nomine uxoris in foro poli, &  
 non in foro fori.

populus postposito Comitis mandato E-  
piscopo obediat, namque ipse Comes A. C. 895.

præcipienti Episcopo morem gerere tenetur. In illa civitate autem, in qua Episcopus residet, si Comes prior cœtum indixerit, ipsius mandatum præferendum est. Comites pœnitentes in iudicium non vocent, ne eos a spiritualibus pœnitentiæ operibus abstrahant. Iudicii diem nec in Quadragesima, nec aliis diebus jejunii, nec in Dominicis, nec in Festis indicant. Si quis Clericus accusetur, quod falsas Papæ Epistolas attulerit ad perturbandam Disciplinam Ecclesiasticam, Episcopus eum in carcerem missum detineat, donec Responsum a Papa acceperit, quas pœnas hic falsarius secundum legem Romanam dare compellendus sit.

c. 35.

c. 30.

Canones veteres renovantur, ne Presbyteri pro sepultura mercedem exigant, ne quemquam in Ecclesia sepeliant. Sacra Mysteria in calicibus aut patenis ligneis non peragantur. Non consecratur vinum sine aqua, sed duæ partes vini & tertia pars aquæ infundantur. Ergo illa ætate minima aquæ gutta sufficere non credebatur. Servus non ordinetur, nisi plenam libertatem consecutus.

c. 15. 16. 17.

c. 18.

c. 19.

Si Hæredes, quibus Patronatus cu-

c. 29.

c. 32.

Sæculum IX. do Presbytero non consentiant, Episcopus Reliquias auferat, portas claudat, A. C. 895. Sigillum apponat, ne quis in ea Sacris operetur, donec inter Patronos conuenit. Hi sunt Concilii Triburiensis (\*) Canones, qui mihi præ ceteris memoratu digni videbantur. In eò etiam de causa Hermanni Archiepiscopi Coloniensis, & Adalgarii Bremensis actum. Rescissa sunt privilegia Pontificum & Regum edita, de Civitate Hamburgensi in Dignitatem Metropolis evehenda & cum Ecclesia Bremensi jungenda. Hæc enim in ordinem Ecclesiarum Episcopaliū redacta, & Ecclesiæ Coloniensi subiecta est; unde in Subscriptionibus Concilii Adalgarius loco decimo quarto, ut Episcopus Bremensis, legitur. Hæc omnia Formosi Papæ & Arnulphi Regis auctoritate confirmata.

*Adam.  
Brem. lib. I.  
c. 41.*

*c. 9.*

§.XXV.

(\*) Huic Concilio omnes ferme Episcopi Bojoriæ interfuere. Nam proxime post nomina trium Archiepiscoporum Moguntini, Coloniensis, & Trevirensis legitur: *Waldo Frisingensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi. Erchanbaldus Eistatensis Ecclesiæ Episcopus, subscripsi. Tuto Radasbonensis Episcopus. Adalpero Augustensis Episcopus.*

Nomina Salisburgensis, & Passaviensis non occurrunt. Sed aliquis in Ecclesia Augustana S. Udalrici Antecessor notatur.

## §. XXV.

Sæculum IX.  
A. C. 896.*Arnulphus Imperator. Formosi obitus.**Stephanus Papa.*

Haud diu post celebratos Conventus Triburiensem & Wormatiensem Arnulphus Rex iter in Italiam suscepit, quo eum Berengarius, Guidone viribus inferior, & Formosus Papa vocabant. Guidonem fuga abstulit, & Arnulphus Romanam diu obsessam assultu in potestatem (\*) redegit, anno octingentesimo nonagesimo sexto.

*Regino. 895.**896.**Luitpr. L. I.**c. 8.*

Ergo Formosus Regem perhonorifice exceptum coram Confessione S. Petri Imperatorem (\*\*) coronavit; Arnulphus vero, ut injurias Papæ illatas ulcisceretur, complures ex Optimatum Romanorum

E 4

norum

(\*) Ajunt, milites Arnulphi lepuscum e dumetis fors exitum & Urbem versus diffugientem persecutos fuisse ingenti clamore, quo perterriti præsidarii stationes prodidissent.

(\*\*) Quid ergo de eo sentiendum, quod idem Pontifex Guidonem & Lambertum anno octingentesimo nonagesimo secundo Imperatores coronaverit? Nempe tunc amicos habebat, quos nunc hostes experiebatur. Sed cum illa tempestate Italia, & maxime Roma, diris motibus concuteretur, nec omnia Scriptores accurate literis mandaverint, de omnibus ratio reddi non potest.



Sæculum IX. A C. 896. norum præcipuis, qui, cum in Urbem invehetur, obsequii causa obvios se se intulerant, capite plecti iussit. Tum Populus Romanus fidem Arnulpho Imperatori juravit, salvo fidelitatis (\*) vinculo, quo Formoso Papæ obstringebantur; tandemque Imperator, postquam Guidonem & uxorem (\*\*\*) ipsius fuisset persecutus, mense Majo in Bavariam reversus est.

*Ann. Fuld.*

Bonifacius  
Antipapa.

Inter hæc, Formoso Papæ in die Paschæ, decima quarta Aprilis eodem anno octingentesimo nonagesimo sexto, postquam S. Petri Sedem annis quatuor & dimidio tenuisset, fatis functo, successus est Bonifacius, Romanus, Hadriani filius, olim ab ordine Subdiaconatus & deinde ab ordine Presbyteratus depositus.

(\*) Rem haud ita facilem promittebant Romani; cum Christus Dominus dicat in Evangelio: *Non potestis duobus Dominis servire.* Matth. XXIV.

(\*\*) Fleurius quidem hæc silentio præterit, sed in aliis Scriptoribus legimus, Lamberti matrem, quam unacum filio Arnulphus in Arce Camerinenfi obsidebat, pocillatorem Imperatoris data pecunia sollicitatum ad tetrum facinus impulisse, ut Domino suo venenatam potionem porrigeret. Exinde Arnulphus non tam vivere, quam languere visus est, Regum Germaniæ primus, qui in Italia perniciem sibi invenit.

tus. Populæ factione electus, post quindecim dies podagræ doloribus consumptus expiravit. Successit Stephanus VII. Romanus, cujusdam Presbyteri, cui nomen Joannes, filius, seditque mensibus quindecim.

Sæculum IX.

A. C. 896.

Flod. d. vers.

to. 4. Act. Ba.

p. 605.

## §. XXVI.

*Fulconis Epistolæ ad Papam & Regem.*

Fulco Archiepiscopus Remensis datus ad Stephanum VII. sicut antea ad Antecessores ejus, literis, professus est, quam addictus esset Sacræ Sedi, & quam vehementi desiderio teneretur ad limina Apostolorum proficiscendi, nisi variis obstaculis impediretur. Illud quoque perscripsit, quod Odonem & Carolum Reges reconciliaffet. At Papa in Responsoriiis Fulconem increpabat, quod Romam non veniret, cum tamen complures alii hoc iter susciperent. Tum subjungebat: *Statui Concilium mense Decembri, proxima Indictione decima quinta (nempe eodem anno octingentesimo nonagesimo sexto) celebrare, quo si non veneris, Censura Canonica te feriam.* Archiepiscopus respondit: *Nulla ratione fieri potuit, ut hoc tempore ipse Romam proficiscerer. Quare Episcopum, & Clericos ex mea Ecclesia ad*

Flod. IV.

c. 4.

E 5

te

Sæculum IX. A. C. 896. *te mitto, qui bujus rei causam tibi exponant. Plura in his literis nolo addere; durissime enim a te increpor sine merito meo; attamen bucusque Antecessores tui leniter me habuerunt. Sed confiteor peccata mea, & rogo, ne sermonibus hominum, in quibus nulla charitas, aures præbeas. Ceterum ab ineunte ætate in Disciplina Canonica educatus, a Rege Carolo Ludovici Imperatoris filio in Regiam evocatus, usque ad Regis Carolomanni tempora ibi permansi, cum me Episcopi Provinciæ Remensis a Clericis populoque electum ordinarunt. Ab aliis autem audies, si quæsieris, quo in statu hanc Ecclesiam invenerim, scilicet a Paganorum incursionibus misere devastatam. Referent etiam tibi, si æqui rerum aestimatores sint, quanto labore mibi pax & tranquillitas reducenda fuerit. Pronum tibi est igitur judicare ex moribus, quos ante susceptum Episcopatum exhibui; me jam isto pastoralis munere non delectari sed onerari. Nihilominus ibo aliquando, & prosternar pedibus Sanctitatis tuæ, si licentiam hanc a Rege Odone impetravero, & viam a latrocinantium insidiis liberatam nactus fuero. Hodie autem quis se viæ dare audeat, Zwentiboldo Regis Arnulphi filio in his partibus grassante, & invadente ipsam Ecclesiam Remensem, cujus Bona in Vassallos*

*sallos suos conferre audeat? Rogo, ut apostolica auctoritate hujus viri tyrannidem reprimas. Nempe Zwentiboldus, ut Regnum Lotharingæ obtineret, bellum gerebat, in quo anno nongentesimo occubuit.*

Sæculum IX.  
A. C. 900.  
Reg. an. 890.

Ceterum cum ad eundem Archiepiscopum Remensem delatum fuisset, Regem Carolum fœdera cum Normanis meditari, quo eorum armis adjutus Regnum firmaret, literas ad eum dedit in hunc ferme modum: *Quis fidelium servorum tuorum non expavescat, cum te Divini Nominis hostium societatem & amicitiam quærere videt? Nihil differt, Infidelibus jungi, aut Deum negare, & Idola adorare. Ad imitandum ea, quæ continuo conspiciamus, quadam vi, cui raro resistimus, impellimur, iisque paulatim assuescimus. Reges, Majores tui, abjecto Idolorum cultu, semper auxilium Dei expetierunt; unde & feliciter regnarunt, & Regiam potentiam in filios transtulerunt. Tu autem a Deo recedis, & cum superiorum temporum calamitatibus terminos ponere, latrones punire, pauperes oppressos liberare, & pœnitentiam agere deberes, gravius iram Dei provocas, quia illis jungeris, qui eum non noverunt. Crede mihi, Fili mi, nunquam talibus adjutoribus Regnum stabilities. Spem bonam de te conceperam; sed heu!*

Flod. IV. c. 5.

Sæculum IX. *heu ! video, te unacum illis, quorum*  
 A. C. 896. *consilia sequeris, in perniciem ruere.*  
*Verum, obtestor te per Dei altissimi no-*  
*men, abjice istam mentem, noli rem face-*  
*re, mihi, ceterisque fidelibus servis tuis*  
*æterni doloris materiam. Præstaret,*  
*te nunquam lucem aspexisse, quam ope*  
*Diaboli regnare. Tandem scias velim,*  
*si facinus, quod omnes probi abominantur,*  
*admiseris, me tibi ultra non fore fide-*  
*lem. Quin & alios, quotquot potero,*  
*tuo imperio subtraham, cum aliis omni-*  
*bus Episcopis, Fratribus meis, conjun-*  
*ctus damnabo te, & anathemate perpe-*  
*tuo feriam. Hæc dolens gemensque ti-*  
*bi scribo, quia fidelissimus tibi sum, te-*  
*que non auxilio Satanæ, sed Jesu Chri-*  
*sti feliciter & diutissime regnare ex-*  
*opto.*

## §. XXVII.

*Stephani VII. exitus. Romanus.*  
*Theodorus II. Joannes IX.*  
*Pontifices.*

*Luitpr. l. i.* **S**tephanus VII. Papa Concilio, quod in-  
*c. 8. Flod.* dixerat, celebrato, Formosum Ante-  
*vers. p. 606.* cessorem suum (\*) damnavit, & mor-  
 tuum

(\*) Hic dicit Natalis Alexander: *In For-*  
*mosum Decessorem suum scævit, instigante po-*  
*tissimum*

tuum exhumari iussit; in medium Con-  
 ventum infertur defunctus, in Cathe-  
 dra Pontificia Sacerdotalibus indumen-  
 tis ornatus collocatur, datur Causidicus,  
 qui ipsius nomine responderet. Tum  
 cadaver, quasi viveret, allocutus Step-  
 hanus, *cum Portuensis esses Episcopus*, ait,  
*cur ambitionis spiritu Romanam Sedem*  
*usurpasti?* Sententia deinde pronuncia-  
 ta, Sacris vestibibus exuitur, tres digiti  
 abscinduntur, & tandem caput, mox-  
 que in Tiberim projicitur. Stephanus  
 Papa omnes deinde a Formoso ordina-  
 tos depofuit, & iterum ordinavit. Sed  
 non diu post furoris pœnas dare cogitur;  
 quippe ab inimicis Sacra Sede dejectus,  
 & in carcerem teterrimum detrufus,  
 strangulatus est.

Sæculum IX.  
 A. C. 896.

Stephani VII. Successor fuit Roma-  
 nus, patria Galesianus, Constantini filius,  
 quo

*tiffimum Sergio, qui contra ipsum Antipapa  
 fuerat.*

Nam notandum, quod Fleurius silentio præ-  
 teriit, videlicet defuncto Stephano VI. factio-  
 nem Comitum Tusculensium Sergium voluisse  
 intrudere, quem ad Altare stantem jamque ve-  
 ste Pontificia induendum Romani abstraxerunt,  
 & Formosum substituerunt, proclamantes, hunc  
 Virum pium, justum, profanis sacrisque scien-  
 tiis clarum, Summo Sacerdotio dignum esse.  
 P. Ed. Pock,

Sæculum IX. quo necdum expleto quatuor mensium  
A. C. 897. spatio defuncto, eligitur Theodorus Pa-

tria Romanus cujusdam Photii filius,  
 vir sobrius, castus, in pauperes largus,  
 Clericis carissimus, pacis amans. Sed  
 viginti non plus dierum Pontifex migra-

*Auxil. L. II.*  
*c. 4. in fi.*

vit e vita. Nihilominus brevissimo hoc  
 tempore pacem reducere in Ecclesia om-  
 nibus viribus contendit. Episcopos  
 e Sedibus suis pulsos revocavit, Cleri-  
 cos a Formoso ordinatos & a Stephano  
 depositos restituit, sacras vestes reddi-  
 dit, & munere suo fungi jussit. Formosi  
 corpus a piscatoribus inventum, solemn-  
 pompa ad Apostolicam tumbam referri  
 præcepit. Qua in translatione complu-  
 res viri pii affirmarunt, Formosi corpus  
 a Sanctorum imaginibus in transitu fuis-  
 se salutatum.

*Luit. c. 8.*

*Flod. vers.*

Theodoro ad Superos translato, scin-  
 duntur in partes Romani, aliis Sergium  
 Presbyterum, aliis Joannem patria Ti-  
 burtinum Rampoaldi filium eligentibus.  
 Sed vicerunt Joannis fautores. Sergius,  
 Roma ejectus, in Tusciam ad Marchio-  
 nem Adalbertum se recepit, ubi annis  
 septem commoratus est. Joannes IX.  
 S. Sedem tenuit duobus annis, celebra-  
 vitque tria Concilia. Duorum vero,  
 quorum alterum Romæ, alterum Raven-  
 næ congregatum, Canones ad nos usque  
 pervenerunt.

§. XXVIII.

## §. XXVIII.

Sæculum IX.  
A. C. 896.*Concilium Romanum.*

Postquam Arnulphus Imperator ex Italia rediisset, anno octingentesimo nonagesimo sexto, & Guidonem eodem anno mors abstulisset, Berengarius Dux Forojulienſis collectis viribus Imperator coronari voluit, & Conjectura est a Stephano VII. fuisse coronatum. Paulo post vero a Lamberto Guidonis Filio, quem Formosus anno octingentesimo nonagesimo tertio coronaverat, pulsus est. Ergo Lamberti auctoritate suffultus Joannes IX. Papa Concilium Romæ habuit, in quo ante omnia alia lectus est Libellus de Statu Ecclesiæ, & remediis ad pacem stabiliendam necessariis. Tum *Musæ Ital. Mabill. to. I. p. 86.* Joannes Episcopus Aretinus dixit: *Nos quoque petimus ut Libellus ad examen vocetur.* Petrus Episcopus Albanensis: *Jubetne Papa, ut Concilium sub Theodoro Papa celebratum legatur?* Illo perlecto Amolon Episcopus Taurinensis dixit: *Secundum Canones agitur, cum injuste damnatus absolvitur, & cum spoliatus restituitur.*

Lectum est deinde Concilium Joannis Papæ, nempe illud, in quo Joannes VIII. Formosum damnaverat. Amolon deinde quæſivit; an non legendum *Sup. Lib. LII. §. 21.* esset Concilium sub Stephano VII. contra

tra



Sæculum IX. tra Formosum celebratum? Quod etiam  
 A.C 897. lectum est. Ubi vero ad illum locum  
 perventum, quo Paschalis, Petrus & Sil-  
 vester Formosum perjurii postulaverant,  
 & contenderant, ad Communionem Lai-  
 cam fuisse redactum, interrogantur, an  
 vera essent, quæ legebantur. Respon-  
 derunt, non esse vera, addiditque Pa-  
 schalis, se illi Concilio non interfuisse.  
 Omnibus autem illius Concilii Actis per-  
 lectis Joannes Aretinus dixit: *Jam er-  
 go profiteantur, an interfuerint.* Pe-  
 trus Albanensis dixit: *Interfui, sed non  
 subscripsi.* Petierunt deinde, ut sibi mo-  
 ra concederetur, qua impetrata surre-  
 xerunt omnes tres Petrus, Silvester, &  
 Paschalis, & interrogati dixerunt, se  
 non interfuisse. Amolon dixit: *Bene-  
 dictus Protonotarius veniat, & dicat,  
 quid scripserit.* Cum prodiisset, Joan-  
 nes Aretinus dixit: *Benedicte, an tu bu-  
 jus Concilii Acta scripsisti?* Respondit:  
*Non mei erat officii scribere, sed cujus-  
 dam Subdiaconi de Bibliotheca.* Iidem  
 Episcopi accurate interrogantur, & Pe-  
 trus dixit, quod interfuerit.

Stephanus Episcopus Ortinensis ex  
 ipsorum numero ira incensus dixit: *O-  
 mnes adversus Papam (videlicet Stephe-  
 num VII.) insurgitis.* Antonius vero  
 Brixienensis dixit: *Quia dicitis, quod a si-  
 nu*

*nu Ecclesie Romanæ separati simus, ex-* Sæculum IX.  
*men differte usque in crastinam.* A. C. 897.

Die altera, sedentibus omnibus, Amolon dixit: *Post moram beri concessam, jam, bona vestra venia, respondendum est.* Joannes Aretinus dixit: *Inde incipiendum est, ubi beri dimissum.* Tum, Petro Albanensi surgente, Joannes Aretinus: *Acta hujus Concilii vel vera vel falsa esse dicatis, necesse est.* Petrus Albanensis respondit: *Ceteri, qui interfuerunt, veniant, nam Sedes Apostolica aderat.* Volebat dicere, Episcopos omnia ex auctoritate Papæ egisse. Joannes Aretinus: *Sedem Apostolicam non judicamus.* Et postquam ostendisset, Synodum adversus Formosum non esse Judicium Apostolicum, cum ex altera parte destrueret, quod ex altera ædificaverat. Addidit: *Scandalum Ecclesie datum radicatus evelli oportet.* Exclamavit Concilium: *Id ipsum petimus, id omnes exoptamus.* Jussit ergo Papa, ut ad quæstionem demum responderent. Et Petrus Albanensis dixit: *Interfui (scilicet Concilio contra Formosum celebrato) sed invitus.* Silvester Portuensis, ab Amolone interrogatus, fassus est, se interfuisse. Ildegerus Laudanus dixit: *Fateris, te beri coram omnibus mentitum fuisse.* Nempe pridie negaverat, quod hac die confitebatur. Tum Amoloni Silvestrum

Formoso fama redditur.

*Hist. Eccles. Tom. XIII.* F inter-

Sæculum IX. interroganti, an interfuisset, cum Formosus eligeretur, *interfui*, respondit, & cuncti eum in thronum Papalem intulimus. Rursus interrogatus, an horrendo illi Concilio Romano interfuisset, respondit: *Interfui, sed vi compulsus.* Joannes Velitrensis quoque interrogatus respondit: *Interfui invitus & metu cogente.* Joannes Galestinus seu Calestinus respondit: *Adfui, metu compulsus.* Stephanus Ortinensis: *Sub finem adveni, & coactus subscripsi.* Joannes Tusculanensis dixit, se non interfuisse, sed postea invitum subscripsisse. Bonosus Narniensis respondit, sed nec interfuisse, nec subscripsisse, nec consensisse.

Joannes, qui se Episcopum Mutinensem dicebat, interrogatus, an haberet, quod afferret contra Gamenusum in illa Cathedra sedentem, vel an restitui postulare, & prostratus in terra indulgentiam flagitavit. Tum Episcopi quoque cuncti, qui Concilio Stephani contra Formosum interfuerant, humi procumbentes misericordiam Judicum implorarunt. Itaque tota Synodus Pontifici supplex accidit, ut penitus aboleretur ille abusus, ne imposterum Episcopi ad agendum aliquid contra Canones compellerentur, & nemo eos quocunque prætextu

textu in carcerem mittere auderet. Sæculum IX.  
A. C. 807.  
Quod Papa lubens concessit.

Petrus Presbyter titulo Eudoxiæ, & Benedictus titulo Damasi, interrogati, an illi Concilio interfuissent, responderunt, se interfuisse invitos, & veniam supplices rogarunt.

Decretum deinde Concilii duodecim Articulos complectens promulgatum, quod ferme hujusmodi est: *Synodum* can. I.  
*sub Papa Stephano (\*) celebratam, in qua venerabile corpus Formosi Papæ violato sepulchro eductum, profanatum & in terra raptatum, quasi ad Judicium abstractum & damnatum, quod alias nunquam Antecessorum nostrorum temporibus factum accepimus, penitus rejicimus, & ne ulterius ejusmodi facinus fieri præsumatur, Spiritus Sancti Judicio interdicimus. Nemo enim in judicium vocatur, nisi ut se defendat, vel convincatur; neutrum vero in cadavere locum habet.* Concilii Capita.

F 2

Epis-

(\*) Observo, de ipsius Pontificis Persona honorifice mentionem inferri, quamvis de cetero ejus Concilium horrendum dicatur; nam Concilii Romani sub Joanne IX. Decretum ita incipit: *Synodum tempore piæ recordationis sexti (nempe septimi) Stephani Papæ, decessoris videlicet nostri, celebratam, in qua Venerabile Corpus &c.* Act. Conc. p. 487.

Sæculum IX. *Episcopis, Presbyteris & reliquis Cle-*  
 A. C. 897. *ricis, qui eidem Synodo interfuerunt,*

6. 2.

*quia veniam petierunt, & formidine con-*  
*ctos se interfuisse confessi sunt, a Synodo*  
*rogati indulgimus, statuentes & decernen-*  
*tes, ut nullus futuris temporibus Conci-*  
*liorum libertatem violare, Episcopis vim*  
*inferre, Bonis suis reluctantes spoliare,*  
*aut in carcerem detrudere, non prius co-*  
*gnita causa, præsumat.*

6. 3.

*Quia necessitatis causa a Portuensi*  
*Ecclesia Formosus pro vitæ merito ad*  
*Apostolicam Sedem proventus est, probi-*  
*bemus, ne quis unquam id in exemplum*  
*assumat, præsertim cum Sacri Canones*  
*id penitus interdican, & talia præsu-*  
*mentes etiam in articulo mortis Com-*  
*munionem Laicam privent. Prohibemus*  
*etiam, ne quis in Concilio de Gradu*  
*Ecclesiastico ejectus, & necdum Cano-*  
*nice restitutus ad altiora provebatur,*  
*quod factio popularis in Bonifacio prius*  
*de Subdiaconatu & deinde de Presbyteratu*  
*deposito ausa est. Si quis vero id quo-*  
*cunque demum modo tentaverit, non so-*  
*lum Apostolico anathemate feriatur, sed*  
*etiam indignationem Imperatoris expe-*  
*riatur. De illo Bonifacio hic sermo*  
*est, quem mortuo Formoso intrudere*  
 6. 4. *conati erant. Episcopos, Presbyteros,*  
*ceterosque Ecclesiæ Romanæ Clericos a*  
*Formoso canonice ordinatos, & quorum-*  
*dam*

dam temeritate dejectos, in proprios gra- Sæculum IX.  
 dus & ordines reducimus. Sanctos Pa- A. C. 897.  
 tres Concilii Africani sequentes, inter-  
 dicimus, ordinatos aut baptizatos ite-  
 rum ordinari vel baptizari. Prohibe-  
 mus, ne Episcopis rite ordinatis pulsus  
 alii invebantur, & Ecclesiæ schismate  
 turbentur.

c. 5.

S. Chrismatis unctionem filio nostro c. 6.  
 spirituali Lamberto Imperatori collatam  
 approbamus & confirmamus. Illam ve-  
 ro, quam Berengarius (\*) extorsit, reji-  
 cimus. Acta Concilii memorati ad i- c. 7.  
 gnem damnamus, eo modo quo concrema-  
 ta fuerunt Concilium Ariminense, La-  
 trocinale Ephesinum, ea, quæ Hæretici  
 contra Leonem Papam egerunt, & ea,  
 quæ Constantinopoli contra Nicolaum  
 Papam acta sunt, Romæ deinde sub Ha-  
 driano flammis tradita. Si quis inter c. 8.  
 Viros Ecclesiasticos habuerit Sergium,  
 Benedictum & Marinum olim Ecclesiæ  
 Romanæ Presbyteros, aut Leonem, Pa-  
 schalem, & Joannem olim Diaconos, ca-  
 nonice

F 3

nonice

(\*) P. Pagius ad annum 898. affirmare non dubitat, hic vocem *Berengarius* fuisse intrusam, atque unctionem Arnulphi rejici. Affert etiam argumenta; quibus tamen illud obstat, quod Arnulphus a Formoso Pontifice, a quo Coronam accepit, ad ferendum auxilium fuerit vocatus.

Sæculum IX. *nonice damnatos & e sinu Ecclesiæ eje-*  
A. C. 897. *ctos, vel eos, nobis inconsultis in suos*

c. 9.

*gradus reducere voluerit, tanquam viola-*  
*tor Canonum, Anathema sit. Ab Eccle-*  
*sia excommunicatos declaramus, qui Sa-*  
*crum tumultum Formosi Papæ, ad ca-*  
*piendum thescurum, violarunt, & qui*  
*ejus corpus in Tiberim raptare non hor-*  
*ruerunt, nisi resipuerint.*

c. 10.

*Quia sancta Romana Ecclesia impro-*  
*borum insolentia male vexatur, Ponti-*  
*fice obeunte, idque inde proficiscitur,*  
*quod Papa consecretur Imperatore incon-*  
*sulto, ejusque Legatis non præsentibus,*  
*qui tumultibus & dissidiis mederi possent,*  
*volumus, ut Pontifex in Conventu E-*  
*piscoporum & Clericorum, expetente Se-*  
*natu populoque eligatur, & deinde in*  
*conspectu Legatorum Cæsaris celeberr-*  
*ime consecretur, nullusque ab eo jura-*  
*mentum aut promissum nova adinventio-*  
*ne audeat extorquere, ne Ecclesia scanda-*  
*lizetur, vel honor Imperatoris minua-*  
*tur.*

c. 11.

*Quia etiam scelestissima consuetudo*  
*inolevit, ut moriente Pontifice Palatium*  
*Patriarchale expiletur, prædonum auda-*  
*cia in tota civitate & suburbiis grasse-*  
*tur, atque omnium quoque Episcoporum*  
*obeuntium spolia diripiantur, id omni-*  
*no interdiciamus; quod qui facere præ-*  
*sumpserint, non solum Censura Eccle-*  
*siastica*

*siastica feriantur, sed etiam iram Cæsaris* Sæculum IX.  
A.C. 897.  
*sentiant. Damnamus etiam perniciosam*  
*consuetudinem, qua Judices Sæculares*  
*vel eorum præfecti mandata de crimini-*  
*bis quærendi pretio accepto aliis ven-*  
*dunt, & si forte feminas adulteras in do-*  
*mo ad Ecclesiam vel ad Clericum perti-*  
*nente deprehenderit, eas capiunt & ver-*  
*beribus afficiunt, usque dum easdem vel*  
*Dominus, vel propinqui caro redimant;*  
*quo factò deinde liberius fornicari non*  
*metuunt, dicentes, quod Episcopi non sit,*  
*de feminis publice castigatis & redemptis*  
*cognoscere. Volumus itaque, ut Episco-*  
*pi liberam habeant potestatem in suis Dia-*  
*cesibus adulteria & scelera secundum*  
*Canones inquirendi & puniendi, & cum*  
*opus fuerit, ad comprimendos rebelles con-*  
*ventus publicos convocandi.*

## §. XIX.

## Concilium Ravennatense.

Concilio isto Romano posterius est a-  
 liud, Ravennæ præsentè Lamberto to. 9. Conc.  
p. 507.  
c. I.  
 Imperatore celebratum, in quo decem  
 sequentes articuli lecti & approbati. Si  
 quis Canones & Capitularia Imperato-  
 rum Caroli Magni, Ludovici, Lotharii,  
 ejusque filii Ludovici, de decimis contem-  
 pserit, & qui dat, & qui accipit, excom-  
 municationi subjaceat.



- Sæculam IX. Addidit Imperator; *Si quis Romanus, Clericus vel Laicus, cujuscunque gradus vel ordinis, ad nostram Imperialem Majestatem venire, vel tutelam nostram implorare voluerit, nemo ei adversari audeat, nemo ejus Bona invadat, aut ipsius personam vel in itinere, vel in diversorio laceffit; qui id facere presumpserit, nostram indignationem incurret.* Ceterum nos privilegia S. Romanæ Ecclesiæ fidelissime conservaturos promittimus.
- c. 2.
- c. 3.
- c. 4. Papa vero ad Imperatorem: *Synodus, vestris temporibus in Basilica S. Petri, maxime in causa Formosi Papæ celebrata, tuo, Episcoporum, & Optimatum tuorum consensu roboretur.* De tot criminibus (ideo enim ad tuam auctoritatem confugere compulsi sumus) quæstionem haberi jube, de rapinis, incendiis, latrocinis, quibus regiones nostræ dire vexantur, & quibus usque adeo afflictus sum, ut mors mihi in votis fuerit, ne atrocissimæ calamitatis testis esse cogerer. Ne, quæso, scelus in patria nostra
- c. 6. *impune grassari sinas. Pactum a Genitore tuo Guidone felicis recordationis initum confirma. Donationes, quibus patrimonia, aliæque Bona, in alienos sparsa sunt, rescinde. Seditiosos conventus Romanorum, Longobardorum, Francorum, in Patrimonio S. Petri nostræ*
- c. 7. 8.
- c. 9. *tua-*

*tuæque Auctoritati adversantes prohibe. Nihil vero majore dolore pectus nostrum obruit, quam quorundam improborum nequitia; cum enim, ad Apostolicum culmen Christi gratia evecti, cerneremus, Ecclesiam S. Salvatoris esse destructam, eam reparaturi, operas ad trabes cædendas misimus, & ecce! quos misimus, imperata facere a malevolis prohibiti sunt. Perpende, obsecro! quam turpe sit pati, Ecclesiæ Romanæ tam proterve illudi. Illud quoque te non lateat, Ecclesiam Romanam cum extrema paupertate luctari. Non possumus elemosynas constitutas pro Regni tui prosperitate largiri. Non suppetit, unde stipendia Clericorum & famulorum erogentur.*

His Articulis perlectis Papa ad Episcopos conversus peroravit. Hortabatur vero, ut commissæ sibi Ecclesiæ curam gerere unusquisque studeret, adjiciens: *Cum ad propria veneritis jejunium indicite, Litaniam celebrate, obsecrantes pium Dominum, ut pacem tribuat, schismata & seditiones comprimat, atque ad exaltandam & conservandam suam Ecclesiam Lambertum Imperatorem protegat. Ceterum Ecclesiæ Lateranensis ruina, cujus hic mentio occurrit, ad tempora Stephani VII. spectat, cum tota ab Altari usque ad portam collapsa est.*

Sæculum IX.

A. C. 897.

c. 10.

MS. ap. Pa-  
pebr. in  
Steph.

Sæculum IX.  
A. C. 899.

§. XXX.

*Argrimus restituitur.*

*Sup. n. 6.*

Hoc Concilium Ravennæ forsan ante, sed certe non post annum octingentesimum nonagesimum nonum celebratum est, quo ante mensem Decembrem Lambertus Imperator, venationi indulgens, per insidias suorum interiit. Eodem anno & forte in eodem Concilio Joannes Papa Argrium Episcopum Lingonensem(\*) restituit. Is ille est, quem Aurelianus Archiepiscopus Lugdunensis ordinaverat, defuncto Geilone, sedente Stephano VI. Papa, & cui tunc quidem Teutboldus prælatus fuerat. Clerici populusque Lingonensis, scilicet pars illa, quæ Argrimo favebat, tertio Romam mandatarios miserat, ad impetrandam ejus Restitutionem; quin & Rex Berengarius data epistola pro ejus causa peroraverat. Nec amplius esse vir ignotus dice-

(\*) Restitutionem Argrimi etiam Benedictus Papa IV. confirmavit in Epistola ad Galliarum Episcopos, Principes &c. his verbis: *Joannes Sanctissimus Papa . . . . canonice definivit; quatenus ei Apostolica auctoritate sua redderetur Ecclesia . . . . Nos vero . . . . Prædecessoris nostri Joannis Papæ Statuta in omnibus servare cupientes &c.* Ad. Conc. Tom. VI. Part. I.

dicebatur, & clam omnibus ab Aurelia-  
no ordinatus; sed contra referebant,  
unanimes voce Clericorum populique  
fuisse electum, sibi que invitis quorum-  
dam præpotentium virorum arte ere-  
ptum.

Ut his responderet, Joannes Papa  
Clericis populoque Lingonensi scripsit,  
se percepto consilio Episcoporum Colle-  
garum suorum reddere ipsis Episcopum  
suum Argrimum, non ut Judicium Ste-  
phani Papæ Antecessoris sui vituperaret,  
sed in melius mutaret, id postulante ne-  
cessitate, cujus rei complures alii Ponti-  
fices exemplum dedissent.

Ad Regem Carolum similem scripsit E-  
pistolam, rogans, ut Restitutionem hujus  
Episcopi curaret. Hæ duæ Epistolæ datæ  
sunt mense Majo, Indictione undecima,  
seu anno octingentesimo nonagesimo no-  
no, qua tempestate Rex Carolus simplex  
Franciæ saltem in Neustria solus impera-  
bat; nam Regem Odonem Caroli æmu-  
lum anno superiore octingentesimo no-  
nagesimo octavo, die tertia Januarii fa-  
cta abstulerant. Eum solemnī pompa  
ad S. Dionysium Proceres condiderunt.

## §. XXXI.

*Arnulphi obitus. Ludovicus Rex  
Germaniæ.*

Hoc anno octingentesimo nonagesimo  
nono

*Papebr. p.  
152. Luitpr.  
I. c. 12.*

Sæculum IX. nono vigesima nona Novembris obiit  
A. C. 900. Arnulphus Imperator, postquam in re-  
 ditu ex Italia paralyfi correptus plus in-  
 tegro anno languisset. Piissimus Prin-  
 cept peculiari devotione colebat S. Em-  
 meramum (\*) Ratisbonensem, cujus Ec-  
 clesie præter alia dona Ciborium seu  
 Tabernaculum, fastigio & columnis au-  
 reis, & frontispicio gemmis ornato ob-  
 tulit.

Anno sequente nongentesimo ineun-  
 te Regni Optimates Forcheimie con-  
 gregati Ludovicum filium defuncti Im-  
 peratoris ex toro legitimo natum, pue-  
 rum septennem, Regem salutarunt, &  
 deinde Episcopi Germanie Arnulphi Im-  
 peratoris obitum Summo Pontifici signi-  
 ficarunt, data nomine Hattonis Archi-  
 episcopi Moguntini, & omnium ipsius  
 Suffraganeorum Epistola, in qua dice-  
 bant: *Dubitavimus aliquantisper, quem  
 Regem eligeremus, & timendum erat, ne  
 Regnum in partes scinderetur; sed Deo  
 disponente, ut pie credimus, unanimes fi-  
 lium Domini nostri, ut ut adolescentu-  
 lum, elegimus, & antiquum morem ser-  
 vavimus, quo Francorum Reges semper*  
 ex

---

(\*) Abbas S. Emmerami Ratisbonæ, in quo  
 Monasterio S. P. Benedicti filii hodieque pieta-  
 te & scientiis florent, nostra ætate S. R. Imperii  
 Principibus adscriptus est.

*ex uno genere assumpti sunt. Ceterum, si id sine tua licentia factum, te hujus rei causam minime fugere; nimirum, quod Infideles in Provinciis inter te & nos positos grassantes, viam obstruant. Nunc vero, occasionem tibi scribendi nacti, rogamus, ut, quod egimus, tua Benedictione confirmes.*

Sæculum IX.  
A. C. 900.

Infideles, quorum hic mentio fit, viam, qua ex Germania in Italiam pervenitur, infestantes, Hungari fuere.

Subjungebant Episcopi: *Fratres nostri, Bavarix Episcopi, datis ad nos literis, conquesti sunt, quod Moravi, populus in Francos rebellis, jactent, se Metropolitam a te accepisse, quamvis semper Provinciæ Bavarix juncti fuissent. Illud quoque ægre ferunt Bavari, quod ad te delati fuerint, cum Infidelibus fœdera pepigisse, & cum iisdem communicare consilia. Itaque rogamus, ut eos soleris, & Moravorum insolentiam reprimas, quippe, ut auguramur, multum sanguinis fusum ibit hæc seditio, & Moravi, velint nolint, Francorum potentia se subdere cogentur.*

§. XXXII.

*Epistola Episcoporum Bavarix ad Pontificem.*

**E**piscopi Bavarix quoque, videlicet, Theotmarus Archiepiscopus Juva-  
viensis,

Sæculum IX. viensis, seu Salisburgensis, Waldo Fri-  
A. C. 900. singensis, Archembaldus Aichstättensis,  
 Zacharias Sæbonensis (is Episcopatus po-  
 stea Brixinonem translatus est) Tutto  
 Ratisbonensis, & Richarius Passaviensis,  
 data ad Joannem Papam Epistola, dice-  
 bant: *Nequaquam credimus, quod coacti*  
*quotidie audimus, de Sancta & Apostoli-*  
*ca Sede quidquam Regulis Ecclesiasticis*  
*adversum profluere. Sed tres Episcopi*  
*de latere vestro, ut ipsi promulgaverunt,*  
*nempe Joannes Archiepiscopus, Benedi-*  
*ctus & Daniel Episcopi, venerunt in Re-*  
*gionem Sclavorum, Moraviam dictam,*  
*nobis tam quoad Spiritualia quam Civi-*  
*lia semper subjectam, quia a nobis pri-*  
*ma Christianæ Religionis Elementa acce-*  
*perunt; namque Episcopus Passaviensis,*  
*ad cujus Diœcesim Moravi pertinent,*  
*quotiescunque videbatur, intravit eorum*  
*Regionem, ex quo Fidem susceperunt, Sy-*  
*nodum suam ibi celebravit, & auctori-*  
*tate Episcopali illam Ecclesiam, nemine*  
*obistente, vexit. Comites quoque nostri*  
*ibi Conventus convocarunt, jus populo*  
*dixerunt, tributa ab omnibus exege-*  
*runt, usque ad illud tempus, quo iidem*  
*populi a Christiana lenitate & charitate*  
*deslectere, justitiam deserere, bellum Do-*  
*minis suis inferre, Episcopo & Evangelii*  
*Præconibus libertatem adimere, & jugum*  
*legitimum excutere cœperunt.*

Nunc

Nunc vero, quod grave nobis videtur Sæculum IX.  
 & incredibile, in augmentum injuriæ A. C. 900.  
 nostræ jactitant, se id a vobis data pecu-  
 nia impetrasse, ut prædicti Episcopi mit-  
 terentur, & unus Episcopatus Passavien-  
 sis in quinque divideretur. Intrarunt  
 nomine tuo, ut ipsi dixerunt, ordinarunt  
 Archiepiscopum & tres Episcopos Suf-  
 fraganeos, legitimo Archiepiscopo inscio,  
 & Episcopo Diæcesano inconsulto, & Le-  
 gibus Ecclesiasticis frustra prohibentibus  
 ne novi Episcopatus, nisi ex auctoritate  
 Episcopi & consensu Concilii Provincia-  
 lis erigantur. Antecessor quidem tuus, Res Ecclesiæ  
 Duce Zwentiboldo regnante, in Bavaria. Wichin-  
 gum consecravit Episcopum; sed illum  
 in antiquum Episcopatum Passaviensem  
 non misit, verum ad populum alium, ar-  
 mis subjectum, & Ducis cura ad Chri-  
 stiana Sacra traductum. At Sclavi,  
 cum Legati tui illis aures præberent, fa-  
 mam nostram calumniis prosciderunt,  
 nam nemo erat, qui mentientes refelleret.  
 Dixerunt, rixas inter nos & Francos  
 & Alemannos ardere, cum amicissimi si-  
 mus. Dixerunt, nobis cum ipsis bellum  
 esse; quod verum est, sed ipsorum, non  
 nostra culpa. Etenim ex quo Christia-  
 norum officia abjecerunt, tributa etiam  
 Regibus nostris pendere recusarunt, &  
 ad arma proruperunt, quibus Dominos  
 suos aggredierentur. At confidimus fore,  
 ut



Sæculum IX. *at bujus gentis insolentia brevi obteratur.*  
A. C. 900. *Cave igitur, ne improbis feras auxi-*  
*lium. Ceterum, Rex noster adolescentu-*  
*lus, nulli Antecessorum suorum secun-*  
*dus, nulli inferior, Ecclesie Romanæ De-*  
*fensor esse cupit. (\*)*

*Dixerunt quoque obtrectatores Sclavi,*  
*nos pacta Religioni adversantia cum*  
*Hungaris sanxisse, pacem jurasse nefan-*  
*do ritu per canem & lupum, atque alias,*  
*quas abominamur, superstitiones, item*  
*nos ipsis pecuniam dedisse, ut in Italiam*  
*transirent. Si Romæ essemus, ante Deum,*  
*qui cuncta novit, & coram vobis, qui*  
*vicem ejus geritis, criminationis ne-*  
*quitia, & innocentia nostra manifesta-*  
*retur.*

*Illud*

(\*) Verba Episcoporum Bavaricæ hic adjecta  
sunt memoratu digna: Progenitores namque  
Serenissimi Senioris nostri Hludowici videlicet,  
Imperatores & Reges ex Christianissima Fran-  
corum gente prodierunt. Moravii vero Schlavi,  
a paganis & Ethnicis venerunt. Illi potentis  
imperiali Romanam Rempublicam sublimave-  
runt, isti damnaverunt. Illi Christianum Re-  
gnum confortaverunt, isti infirmaverunt. Illi  
toti mundo spectabiles apparuerunt, isti latibu-  
lis & urbibus occultati fuerunt. Illorum con-  
silio Apostolica Sedes pollebat, istorum persecu-  
tione Christianitas dolebat. &c. Act. Conc.  
Tom. VI. Part. I.

*Illud quidem verum, quod cum Hun-* Sæculum IX.  
*gari Christianis nobis subditis & procul* A.C. 900.  
*positis continuo imminerent, & dire mi-*  
*sellos affligerent, illis non pecuniam, sed*  
*linea vestimenta donaverimus, ut homi-*  
*num istorum feritatem molliremus, &*  
*nostri a persecutione quiescerent. Ipsi*  
*Sclavi, quod nobis perfide objiciunt, lon-*  
*go tempore fecerunt. Ipsi advocata non*  
*modica Hungarorum multitudine, mul-*  
*torum e suis capita more illius gentis de-*  
*tonderunt, & tam hos quam illos in nos*  
*Christianos immiserunt. Multos Chri-*  
*stianorum nostrorum in captivitatem ab-*  
*straxerunt, alios occiderunt, alios in car-*  
*ceribus ferina fame & siti perdiderunt,*  
*honestos viros & nobiles feminas in ser-*  
*vitutem redegerunt, ædificia deleverunt,*  
*Ecclesias Dei incenderunt, ita ut in tota*  
*Pannonia nostra, maxima sane Provin-*  
*cia, nec una supersit Ecclesia. Episcopi*  
*a te missi, si fateri veritatem volunt,*  
*enarrare tibi possunt, quot dierum itine-*  
*re totam terram devastatam viderint.*  
*Quando vero Hungaros Italiam intrasse*  
*comperimus, testis sit nobis Deus! nihil*  
*intentatum reliquimus, ut Sclavos ad*  
*tractandum de pace permoveremus. Pro-*  
*missimus præteriti errati veniam, volui-*  
*mus omnia, quæ ipsorum erant reddere, si*  
*modo spatium temporis darent, quo arma*  
*ad defendendum patrimonium S. Petri &*  
*Hist. Eccles. Tom. XIII. G po-*

Sæculum IX. *populum Christianum converteremus. Sed*  
 A. C. 900. *in cassum omnia. Unde te rogamus, ne*  


---

*malevolorum vocibus credas, non enim sus-*  
*pecti esse meremur. Sed expectandum,*  
*donec Legatus tuus ad nos pervenerit, vel*  
*nos ad te miserimus, qui omnium accura-*  
*te rationem reddant. Ego vero Theot-*  
*marus Archiepiscopus Patrimonii S. Pe-*  
*tri curator pecuniam vobis debitam, pro-*  
*pter infestam paganorum sævitiam, nec*  
*ipse potui deferre, nec per alios transmit-*  
*tere. Sed quia, Dei gratia, liberata est*  
*Italia, quamprimum potero transmit-*  
*tam. (\*) Prædiorum, quæ Ecclesia Ro-*  
*mana in Bavaria possidebat, superius ali-*  
*quoties mentio facta.*

## §. XXXIII.

(\*) His ultima Epistolæ verba subjungit Ar-  
 chiepiscopus Salisburgensis: *Precaur nostra*  
*humilitas, ut dignetur vestra Sublimitas respon-*  
*dere per singula transmissa cum Epistola. Et*  
 tandem, Sanctissimo Patri accinit in hunc mo-  
 dum;

Alme Pater mundi, dignus prænomine Pe-  
 tri:

Nomine quem sequeris, utinam virtute se-  
 quaris:

Sisque tuis famulis protector verus, &  
 ipsos

Commendes Domino, cælo qui præsidet  
 alto.

In principio Epistolæ Joannes IX. vocatur Pa-  
 pa universalis.

## §. XXXIII.

*Hungari in Italia.*Sæculum IX.  
A. C. 900.

**H**ungari, novum Barbarorum genus, ab extrema Scythia advectum, annis abhinc decem, nempe anno octingentesimo octogesimo nono Imperium Francorum infestare cœperant. Primo Pannoniam & Avarum Regionem ingressi feris venatione captis & piscatu sustentabantur; inde brevi in Carinthiam, Moraviam & Bulgariam effusi sunt. Sagittis maxime hostes configebant, quos certissimo ictu feriebant, non urbium obsidionem struere, non cominus dimicare docti, sed telis in adversam aciem excussis uno momento spargebantur in diversa. Sive proficiscerentur, sive subsisterent, sive consultarent, semper equo insidentes. Caput radebant, crudas carnes stomacho ingerebant, potabant sanguinem, corda captivorum suorum dissecta, medicinæ loco comedebant. Ceterum nec viri, nec feminae ulla pietate movebantur, homines taciturni, manu quam lingua promptiores.

*Regin. an.*  
889.*Luitpr. L. I.*  
c. 5.

Gentem barbaram & infidelem primo Rex Arnulphus, ad reprimendum Zwentiboldum, Moraviæ Ducem, qui a se defecerat, auxilio sibi in bello futuram evocavit; unde non vana erat Moravorum querela.

G 2

Haud

Sæculum IX.

A. C. 900.

*Chr. Nonan.*

*ap. Mab.*

*Sæc. 5. p. 114*

*Mar. Chr.*

889.

*Luitpr. lib.*

*ll. c. 4. 5.*

Haud diu post Hungari in Bavariam indeque in Italiam penetrarunt, quo mense Augusto anno octingentesimo nonagesimo nono pervenerunt. Vigesima vero quarta Septembris Christiani occurrentes, ad Brentam amnem civitatis Patavinæ mœnia alluentem commissa pugna, ingentem cladem acceperunt, multa Christianorum millia tum cæsa, tum fluctibus hausta. Complures etiam Comites & Episcopi occubuerunt. Luitardum Episcopum Vercellensem, olim Carolo Crasso in paucis carum, cum suo thesauro fugientem, immensa pecuniæ vi direpta, capiunt & interficiunt. Cum Nonantulam in Ducatu Mutinensi pervenissent, Monachorum partem trucidarunt, Monasterium & permultos libros igni tradiderunt, & cuncta, quæ loco moveri poterant, avexerunt. Abbas, cui nomen Leopardus, arrepta fuga cum ceteris monachis aliquamdiu delituit; exinde vero rursus collecti Monasterium & Ecclesiam restaurarunt.

§. XXXIV.

*Ecclesia Constantinopolitana.*

*Epist. 2. to. 9.* *Conc. p. 494.* Joannes IX. Papa datis ad Stylianum Episcopum Neocæsariensem literis, constantiam virilem, qua semper Schismaticis Photianis se opposuisset, laudavit, hortatus, ut eosdem ad Ecclesiam reducere

sata-

fatageret. *Volumus, inquit, Antecesso-* Sæculum IX.  
*rum nostrorum Decreta inviolata con-* A. C. 900.  
*servari. Unde Ignatium & Photium,*  
*Stephanum & Antonium, eodem loco &*  
*gradu, quo ab ipsis positi sunt, & nos ha-*  
*bemus, omnibusque hanc Regulam tenen-*  
*tibus Communionem concedimus.* Ab *Sup. Lib.*  
 origine Schismatis, nempe ab anno octin- *L. §. 3.*  
 gentesimo quinquagesimo octavo annos  
 ferme quadraginta numerat.

Antonius Patriarcha Constantinopo-  
 litanus, cujus in hac Epistola Pontifex  
 mentionem facit, anno Leonis Impera-  
 toris decimo, id est Christi octingente-  
 simo nonagesimo quinto obierat. Eum  
 Sanctis adscriptum Ecclesia duodecima  
 Februarii colit. Suffectus est Nicolaus,  
 Imperatoris Mysticus, scilicet ab Episto-  
 lis secretis, unde nomen retinuit. Eccle-  
 siam autem Constantinopolitanam annis  
 prope duodecim rexit.

Anno post Nicolai Ordinationem *n. 9.*  
 tertio, id est, Regni sui decimo tertio,  
 Leo Imperator constructa Ecclesia & Cœ-  
 nobio Evnuchorum, illuc corpora S. La-  
 zari, & S. Magdalene Sororis ipsius (ita *post. Theoph.*  
 sonant verba veteris ipsius Historiæ Scri- *p. 224. n. 18.*  
 ptoris) transferri iussit.

Sæculum IX.

A. C. 900.

§. XXXV.

Fulconis obitus. Herveus Archiepiscopus Remensis.

*Flod. 14. c. 10* In Francia Fulco Archiepiscopus Remensis odium Balduini Comitis Flandriæ subierat. Nam, cum hic Princeps Attrebatum in sua potestate haberet, etiam invaserat Abbatiam S. Vedasti, quam Carolus Rex ab eo læsæ fidei reo ablatam Archiepiscopo contulerat. At cum Fulco magis exoptaret sibi habere Abbatiam S. Medardi, qua alius quidam Comes, cui nomen Altmarus, potiebatur, eam permutata Abbatia S. Vedasti obtinuit, postquam civitatem Attrebatensem obsidione ad deditorem compulsam Balduino Comiti eripuisset. Ille ingentem iram conceperat, atque, ut fieri amat, proceribus Domini sui affectus amplectentibus, Vasalli acceptam injuriam ulcisci constituunt. Ergo publice simulant, cupere se cum Præsule in gratiam redire, cumque quadam die ejusdem paucis comitantibus ad Regem euntis iter explorassent, incautum circumstant in via, duce quodam Vinemaro. Primo tamen colloquio de pace inter eum & Balduinum concilianda verba fecerunt; mox autem nihil hostile suspicantem hastis vulnerant, dejiciunt, & perimunt. Amicorum promptissimi super morien-

morientis corpus sternuntur, reliqui ad Sæculum IX.  
 Palatium Episcopale decurrunt attoniti, A. C. 900.  
 triste fatum nunciantes. Advolant ad  
 vindictam familiares arreptis armis, sed  
 latronibus dilapsis & delitescantibus in-  
 ter magnos ejulatus receptum Episcopi  
 corpus Remos reportant. Ubi honore  
 competente terræ mandatum.

Hunc exitum sortitus est Fulco Ar-  
 chiepiscopus decima septima Junii anno  
 nongentesimo, postquam Ecclesiæ Re-  
 mensi annis septendecim tribus mensi-  
 bus & diebus decem, quod in ejus Epi-  
 taphio legimus, præfuisse. Bona tem-  
 poralia Ecclesiæ suæ Regum aliorumque  
 virorum munificentia adjutus plurimum  
 auxit, muros Remensis civitatis & non  
 nullas Arces, quas inter numerantur Au-  
 montium & Epernacum, collapsas re-  
 stauravit, S. Remigii corpus ex Monaste-  
 rio Orbacensi Remos revexit, permul-  
 tis Presbyteris monachisque a Norman-  
 nis grassantibus in fugam actis asylum  
 præbuit. Eos ut filios suscipiebat, quo  
 affectu etiam profecutus est Monachos  
 S. Dionysii in Francia, cum ejusdem San-  
 cti corpus & complures alias Reliquias  
 afferrent. Duas Scholas Remenses pæ-  
 ne destructas alteram pro Canonicis, al-  
 teram pro Presbyteris ruralibus separa-  
 vit, duobus Magistris celeberrimis Re-  
 migio Monacho S. Germani Antiffiodo-  
 rensis,

c. 8.

c. 9.



Sæculum IX. dorenfis, & Hucbaldo Monacho S. Aman-  
 A.C. 900. di advocatis.

Ipse quoque Archiepiscopus cum junioribus Clericis scientiis operam dare non respuebat.

Cum Sedes Remensis non plus octodecim diebus vacasset, sexta Julii anno nongentesimo Archiepiscopus ordinatus est Heriveus, ex Regia evocatus & parentibus nobiles ortus, sicut ejus Antecessor, sed juvenis. Ejus Ordinationi interfuere Witon vel Guido Archiepiscopus Rotomagensis, Riculfus Episcopus Sueffionensis, Hetilo Noviodunensis, Dodilo Cameracensis, Herinandus Teruanensis, Ogerius Ambianensis, Honoratus Bellovacensis, Mancion Catalaunensis, Rudolphus Laudunensis, Otrifridus Silvanectensis, & Angelramus Meldensis. Eadem die duodecim his Præsulibus præsentibus in Ecclesia S. Mariæ Remis lecta est Excommunicatio contra Fulconis Archiepiscopi interfectores. Tres autem nominantur Wine-  
 marus, Everardus & Rotfredus, Bald-  
 uini Comitum homines. † Tum foedi facinoris conscii universim declarantur a sinu S. Ecclesiæ segregati, ac perpetuæ maledictionis anathemate condemnati. Adduntur etiam maledicta quæ in S. Scriptura continentur. Nullus Christianus eis *Ave* dicat, nullus Presbyter ipsis præ-  
 sen-

tom. 9. Conc.  
 p. 481.

† Vasalli

sentibus Missam celebret, nullus, si ægro-  
tent, confessionem eorum recipiat, nul-  
lus Sacrosanctam Communionem eis,  
nisi resipuerint, etiam in fine vitæ dare  
præsumat, nullus defunctorum corpora  
sepeliat. His dictis Episcopi lucernas,  
quas manibus tenebant, projectas extin-  
xerunt. Estque istud primum mihi oc-  
currens exemplum excommunicationis,  
quam hujusmodi adjuncta comitantur.

## §. XXXVI.

*Ovetum Metropolis.*

In Hispania Christianis imperabat Al-  
phonso III. jam toto triginta octo an-  
norum spatio, cum parenti sui Ordogno  
anno octingentesimo sexagesimo secun-  
do successisset. Is, civitate Ovetensi  
arte militari munita, ex aliis urbibus Re-  
liquias illuc transferri jussit, ut incurren-  
tibus Normannis extra periculum essent.  
Id enim indicabat erecta crux aurea mi-  
ræ magnitudinis, cujus inscriptio annum  
Regni sui decimum septimum, & æram  
916. nempe annum Jesu Christi octin-  
gentesimum septuagesimum octavum re-  
ferebat. Ecclesiam ab Alphonso Casto  
Compostellæ super corpus S. Jacobi æ-  
dificatam demolitus est, quod parva ni-  
mis & vulgaris ipsi videretur, aliamque  
ex magnis lapidibus, marmoreis colu-  
mnis suffultam, extruxit, atque vasis  
pretio-

Sæculum IX.  
A. C. 900.

and p. mot  
p. 212 . 3

Sup. Lib.  
LVIII. §. 46

Sampir.  
Astur. p. 56.

Ambros.  
Mor. lib.  
XV. c. 9.

Sæculum IX. pretiosis ornavit. Plures alias a funda-  
 A. C. 900. mentis eduxit Ecclesias, non nullas ur-  
 bes, & præter alias Portum, quæ tunc  
 temporis Portucallia dicebatur, Bracca-  
 ram, Viseum, & Tuyacum, incolis im-  
 plevit, & Episcopos constituit.

tom. 9. Conc.  
 p. 219.

Structura Ecclesiæ S. Jacobi perfecta,  
 cum Rex Alphonsus Severum & Sinderum Presbyteros, & Rainaldum Lai-  
 cum, Romam misisset, duas Joannis Pa-  
 pæ Epistolas ei retulerunt. In prima E-  
 pistola Papa rogatus a Rege Ecclesiam  
 Ovetensem in Metropolim erigebat. In  
 secunda consensum dabat ad consecran-  
 dam Ecclesiam S. Jacobi, & celebrandum  
 Concilium. Tum subjungit: *Nos quo-  
 que, sicut vos, ab Infidelibus vexamur,  
 contra quos nobis diu noctuque pugnan-  
 dum est. Unde rogamus, ut nobis ido-  
 neos equos, in Arabia satos, & arma  
 transmittatis.* Rex acceptis hisce Epi-  
 stolis diem Concilii Compostellæ ad de-  
 dicandam Ecclesiam indixit, cui Episco-  
 pi septendecim, atque inter illos Vin-  
 centius Legionensis, Gomer Asturicen-  
 sis, Hermenegildus Ovetanus, & Dulci-  
 dius Salmanticensis interfuere. Rex  
 quoque cum Regina conjuge, filiis suis,  
 Comitibus tredecim, & innumera popu-  
 li multitudine adfuit. Ergo nova Ec-  
 clesia S. Jacobi solemniter consecratur,  
 & in ea Altaria tria, unum in honorem  
 Domini

Domini nostri, alterum SS. Petri & Pau- Sæculum X.  
 li, & tertium S. Joannis Evangelistæ. At A. C. 901.  
 quartum super corpus S. Jacobi extru-  
 ctum Episcopi consecrare ausi non sunt,  
 quod a septem S. Jacobi Discipulis, quo-  
 rum nomina referebantur, consecratum  
 crederetur. Hoc Concilium sexta Ma- *Ambr. Mor.*  
 ji æra 938. seu anno Salutis nongentesi- *lib. XV. c. 2.*  
 mo celebratum

Vigesima nona sequentis mensis No- *to. 9. Conc.*  
 vembris in eadem S. Jacobi Ecclesia Epis- *p. 482.*  
 copi octo Synodice congregati Cæsa-  
 rium Abbatem, in Archiepiscopum Tar-  
 raconensem electum, consecrarunt, Ar-  
 chiepiscopo Narbonensi, & illis Hispa-  
 niæ Episcopis, qui Narbonensem Metro-  
 politam suam agnoscebant, reclamanti-  
 bus. Quare Cæsarius Romanum Pon-  
 tificem appellavit.

Mensibus undecim post hoc de De- *Sampir.*  
 dicatione Concilium exactis, nempe *ibid.*  
 mense Aprili anno nongentesimo primo,  
 aliud Oveti celebratum, cui Rex iisdem,  
 qui supra, comitantibus, & iidem Epis-  
 copi septendecim interfuere. Quidam  
 Episcopus etiam aderat, nomine Theo-  
 dulfus, a Magno Principe Carolo, quo  
 nomine Rex Franciæ designari videtur,  
 missus.

In hoc Concilio Ecclesia Ovetensis  
 in Metropolitanam evec̄ta est, & Herme-  
 negildus, qui huic Ecclesiæ præerat, a-  
 liorum

Sæculum X.  
A. C. 901.  
liorum Episcoporum Præpositus proclamatus, ut cum ipsis ad reformandam Disciplinam Ecclesiasticam, sub Dominatione Infidelium turbatam, omnes nervos contenderet. Statutum, ut eligerentur Archidiaconi, qui bis in anno Parochias & Monasteria visitarent; Archiepiscopus vero Ovetensis Episcopos in illis civitatibus, quæ olim Sedes Episcopales fuissent, qui idonei viderentur, ordinaret, & omnes ejus Suffraganei possiderent aliquas Ecclesias & agros in Provincia Asturicensi, utpote munitissima, & tuta, quo instante periculo se reciperent, & unde ad Concilia celebranda pergentes necessaria acciperent. Rex limites provinciæ Ecclesiasticæ Ovetensis definivit, & eidem Sedi complures ditones adscripsit; quibus peractis Concilium decima octava Julii solutum est. Alphonfus III. cognomento Magnus, postquam regnasset annis quadraginta octo, anno nongentesimo decimo Æra nongentesima quadragesima octava decedens Garciam filium Successorem reliquit.

## §. XXXVII.

*Joannis IX. obitus. Benedictus IV.  
Papa.*

*Papebr. Conat. Flod. vers. p. 606.*

Joanne IX. Pontifice anno nongentesimo

mo fati functo, in S. Petri Cathedram Sæculum X.  
A. C. 901.  
 invecus est Benedictus IV. patria Romanus, Mummoli filius, nobilissima prosapia ortus, qui Sacram Sedem annis quatuor & dimidio tenuit, vir Magnus, publicæ utilitatis unice studiosus & in egenos largissimus.

Sub ipsa Pontificatus auspiciis Legati advenerunt Argrimi Episcopi Lingonensis, tunc necdum restituti, eodem jubente exponentes; post obitum Geilonis unanimi consensu Clericorum & populi fuisse electum, a Metropolita suo Aureliano Archiepiscopo Lugdunensi cum suis Suffraganeis, & Bernuino Archiepiscopo Viennensi consecratum, & in possessionem Ecclesiæ Lingonensis immisum, quam annis duobus & tribus mensibus rexisset. Postea Guidonis Imperatoris tempore a factiosis hominibus pulsum, confugisse ad Joannem Papam, cui tristem faciem indicasset Ecclesiæ suæ, in qua jam diu Sacrum Chrisma non fuisset consecratum, non confirmati infantes, nullum Episcopale Ministerium peractum. Quibus omnibus perceptis Sup. n. 6.  
 Joannes Papa decrevisset, Argrimum suæ Sedi esse restituendum. Sup. n. 30.

Benedictus Papa, cum inconsultis Episcopis in hac causa pronunciare nollet, convocata in Palatio Lateranensi Synodo, Argrimum in Sede Lingonensi confirmans.

firman-

Sæculum X. firmandum esse judicavit, jussitque scri-  
A. C. 901. bi Epistolas duas, unam datam ad Epis-  
 copos Galliarum, Reges, Proceres, om-  
 nesque Fideles, in qua jus Pallii, jam an-  
 te a Formoso Papa ipsi concessi, ratum  
 habet, alteram ad Clericos populumque  
 Lingonensem. Utraque Epistola scripta  
 est secundo Cal. Sept. Indictione tertia,  
 seu vigesima nona Aug. anno nongente-  
 simo, Benedicti Papæ primo, post obi-  
 tum Lamberti Imperatoris secundo. Ni-  
 mirum quia Papa Berengarium Impera-  
 torem non agnoscebat, Imperium va-  
 care existimabat. Attamen non diu post,  
 & eodem anno nongentesimo Ludovi-  
 cus Bosonis filius Rex Provinciæ in Ita-  
 liam vocatus Imperator proclamari &  
 coronari voluit. Argrimus vero post  
 toleratas tot ærumnas, cum Ecclesiam  
 Lingonensem usque ad annum nongen-  
 tesimum undecimum in pace rexisset, ab-  
 dicata Dignitate humile monachorum  
 Institutum ad S. Benignum Divione am-  
 plexus est, ubi post decem annorum cur-  
 ricula mortem oppetiit.

*Papebr.*  
*conc. p. 152.*  
*dissert 19.*  
*Chr. S. Be-*  
*nig. p. 424.*

## §. XXXVIII.

*Regis Alfredi obitus.*

*Affer p. 112.* In Anglia Rex Alfredus decedens, reli-  
 quit Rempublicam florentissimam. Ce-  
 terum pietas, quam ab ineunte ætate o-  
 mnes in eo admirati sunt, totam ipsius  
 vitam

vitam commendavit. Adolescens, cum igne concupiscentiæ ureretur, noctu, nemine conscio surgebat, & in Ecclesia prostratus Deum precabatur, ut se ab hoc Satana liberaret, aut saltem morbum immitteret, qui libidinem extingueret, nec se tamen adeo deformem redderet, ut ad humanitatis officia inutilis fieret. Voti compos factus est, nam paulo post hæmorrhoidum fluxus, quo equidem ab infantia laboraverat, patiendi cupidum tam acutis doloribus aliquot annorum spatio cruciavit, ut vix non vitam eriperet. Cum ad annum ætatis vigesimum pervenisset, fufis ad Deum precibus, ab hac infirmitate liberatus, illico colica exerceri cœpit, quæ pium Principem annis viginti quinque & sæpe usque adeo acerbe torfit, ut Dæmonis maleficium medici suspicarentur.

Bella, quæ Alfredi juventutem exagitarunt, pietatem neutiquam extinxerunt. Cujuscunque sceleris rei essent pagani, veniam concedebat, si Christi fidem suscipere promitterent. Quotiescunque a negotiis quiescere vel pauculis horis licebat, libros legebat, alios interrogabat, sermones miscebat, ex quibus ipse in virtute proficeret, vel illi, quibuscum loquebatur, ad progrediendum in via Salutis excitarentur. Multa Scripta posteritati reliquit, quorum decem ipsius

Sæculum X.  
A. C. 901.

Spelm. lib.  
III. n. 88.

p. 166.



Sæculum X.  
A. C. 901.

*Sup. n. 9.*

ipsius ingenii & laboris partus erant, atque inter alia Collectio Legum variorum populorum, Leges Saxonum Occidentalium, Tractatus contra iniquos Judices, Effata virorum Sapientium, Parabola, & varia Regum Fortuna. Novem Opera aliorum Scriptorum ab ipso translata numerantur, quorum præcipua sunt, Historia Orosii, Liber Pastoralis S. Gregorii, ejusdemque Dialogi, qui tamen magis a Werefrido Episcopo Vigornienti translatis dicendi sunt. Item Historia Bedæ, & opusculum Boetii de Consolatione, libellus Alfredo præceteris omnibus dilectus, Psalmi David, ultimus hujus Principis labor, cui, cum ad umbilicum pervenisset, immortalis est.

*Ap. Spelm.*  
*p. 204.*

*to. 9. Conc. p.*  
*419. ex Will.*  
*Malmesbur.*

Obiit vero die Mercurii vigesima octava Octobris anno nongentesimo primo, anno ætatis quinquagesimo secundo, Regni sui trigesimo, successitque parenti filius primogenitus, a plerisque Eduardus senior dictus. Is a Phlegmundo Archiepiscopo consecratus sub ipsa regni auspicia Concilium celebrari jussit, Archiepiscopo præsidente. Lectæ sunt Pontificis Romani epistolæ, in quibus Eduardus Rex increpabatur, quod in tota Regione Gevisorum, seu Saxonie Occidentalis, jam annis septem nullus Episcopus esset. Ergo Rex & Episcopi singulis

gulis provinciis hujus Regionis Episcopos dare, & duos Episcopatus in quinque Sedes dividere statuerunt. Cumque Archiepiscopus hoc Decretum Romanam pertulisset, eo a Summo Pontifice approbato, reversus, Cantuariæ Episcopos septem pro totidem Ecclesiis, videlicet Vintoniensi, Cornubiensi, Sarisburiensi, Fontanensi, Cridiensi in Devoniam, Mercieni, & Durnovariensi, ordinavit.

## §. XXXIX.

*Benedicti IV. obitus. Leo V. Christophorus, Papee.*

Ludovicus Imperator annis quatuor Italiae dominatus, cum sibi ab hostium insidiis non satis caveret, Veronæ a Berengario capitur, & oculis privatur. Factum tragicum anno nongentesimo quarto mense Augusto peractum. Inter hæc vero, Benedicto IV. fatis functo, Pontifex ordinatur Leo V. patria Ardeatinus, quem necdum mensibus duobus sedentem dejecit, & in carcerem trussit Christophorus patria Romanus, alterius Leonis filius, & ipse deinde, postquam mensibus sex & paucis diebus S. Sedem tenuisset, expulsus. Ab ipso una epistola mense Dec. Indictione septima, Ludovico regnante, id est, anno nongentesimo tertio data, superest.

Sæculum X.  
A. C. 903.

Regin. ann.  
904.

Luitpr. I. II.  
c. 10. 11.

Flod. vers.  
p. 606.

To. 9. Conc.  
p. 516.

*Hist. Eccles. Tom. XIII.*

H

Eo-

Sæculum X. Eodem anno obiit Franco Episcopus  
 A C. 903. Leodiensis, qui cum sæpe adversus Nor-  
Sigeb. Chro. mannos, etsi felicibus armis, dimicasset,  
Lobiens. cap. credidit, non amplius sibi licere Res Sa-  
 17. to. 6. spi- cras pertractare illis manibus, quibus  
 cil. sanguinem humanum fudisset; quare  
 Bericone, Clerico Ecclesiæ Leodiensis,  
 & Teutrico Lobienti monacho Romam  
 missis, datis literis rogavit Papam, ut  
 eos Episcopos ordinaret, pro se officia  
 Sacerdotalia obituros. Et quod petebat  
 obtinuit. Itaque tradita eis sua Diocæ-  
 si, quam regerent, ipse postquam Episco-  
 pale munus plus quam annis quinquaginta  
 gessisset, in pace naturæ debitum  
 reddidit. Franconis Successor, Step-  
 hanus, vir pius & doctus, fuit.

## §. XL.

*Leonis Imperatoris nuptiæ quartæ.*

Post. Th. p. In Oriente Leo VI. Imperator, quam-  
 222. n. 12. vis tres habuisset uxores, filiis tamen,  
Sim. qui patri succederent, carebat. Primo  
 duxerat Theophaniam, quam cum, pa-  
 rente Imperatore adhucdum in vivis  
 agente, duxisset, & annos duodecim  
 in sterili conjugio transegisset, ei mors  
 præmatura anno regni sui septimo, Salu-  
 tis octingentesimo nonagesimo secundo  
 eripuit. Erat vero Theophania, Matro-  
 na Christianis virtutibus ornatissima,  
 orando & eleemosynas largiendo totum  
 vitæ

vita tempus impendens; quin, & miracu- Sæculum X. 2  
 la patrasse fertur. Namque Ecclesia Græ- A. C. 903.  
 ca eam decima sexta Dec. honore S. mu-  
 lieribus exhiberi solito colit, & Imperator  
 Ecclesiam conjugis defunctæ nomini di-  
 catam extrui iussit. Ceterum piissimæ  
 Principis patientia in eo maxime eluxit,  
 quod Leonem sapissime fidem conjuga- Post. Theo.  
 lem violantem non odisset; non enim p. 224. n.  
 ille, sapiens & Philosophus, ob castiga- 18.  
 tos mores, sed genio illius ætatis ob do-  
 ctrinam, quæ supra vulgarem erat, ap-  
 pellatus est. Sub auspicia imperii sui  
 captus est amore Zoes, Styliani filiæ, & ibid. n. 7.  
 Theodori, propinato veneno necati, vi-  
 duæ. Erat vero Stylianus, *Zautza*, id  
 est, *Chaous* (\*) (quippe Græci jam tunc  
 hoc officium nomenque a Turcis recepe-  
 rant) eumque Imperator, ut in parente  
 filiam sibi devinciret, novo titulo, antea  
 inaudito, scilicet *Basileopator*, seu *Impe-*  
*ratoris Pater*, exornavit. Eundem etiam Cang. gloss.  
 Magistrum officiorum creavit, unde ipsi Græc. in  
 Novellarum suarum plerasque inscripsit. Thaousios.  
 Leo igitur Zoem, quam vivente uxore  
 Theophania publice alebat, ea defuncta  
 solemniter uxorem sibi junxit, & Im-  
 peratricem coronavit, quodam Palatii

H 2

Cleri-

(\*) Ita appellantur inter Turcas Judicum  
 & Præfectorum præcipui. P. Boucher in iti-  
 ner. &c.

Sæculum X. Clerico, cui nomen Synapius, nuptiis  
A. C. 903. benedicente. Is deinde, quod istud au-  
 sus esset, ab ordine Clericali depositus.  
 At Zoe, viginti non plus mensium Do-  
 Pf. 136. 8. mina, decessit e vita, ejusque corpus de-  
 positum in sandapila, fortuito inventa,  
 cui illa Psalmi verba incisa legebantur:  
*Filia Babylonis misera!*

Tunc Leo tertiam duxit uxorem an-  
 no Salutis octingentesimo nonagesimo  
 sexto, regni sui undecimo, nomine Eu-  
 dodiam, eamque corona redimiri, & Im-  
 peratricem proclamari iussit. Filium ex  
 ea suscepit; sed brevi postea puer mori-  
 tur, & mater ex partu obiit. Quare Leo  
 Leonis VI. ad quartas nuptias transit anno nongen-  
 Uxores IV. tesimo secundo, Regni sui decimo septi-  
 mo.

Acceptit vero alteram Zoem, co-  
 gnomine *Carbunopsinem*; sed non ausus  
 est præcipere, ut coronaretur, nec Bene-  
 dictionem nuptialem petiit, quia vetitum  
 erat apud Græcos quarto matrimonium  
 inire. Nam secundo & tertio nubentes  
 poenitentia subiacebant, quod hæ nu-  
 ptia culpa vacare non crederentur, quar-  
 tæ vero infamis polygamia loco habe-  
 bantur. Sicut notavi, cum mihi de epi-  
 stolis S. Basilii ad Amphilochem, & illa  
 Sup. lib. XVII. c. 15. S. Theodori Studitæ ad Naucraticum da-  
 lib. XLV. ta sermo fuit. Quin ipse Imperator Leo  
 S. 46. 1. ep. Constitutionem ediderat, in qua præci-  
 50. piebatur, ut illi, qui tertio nuberent,  
 Novell. Leo poenas  
 90.

poenas, per Canones latas subire cogentur. Sæculum X.  
A. C. 905.

Nihilominus cum Zoe anno nongentesimo quinto, Regni sui vigesimo, puerum in lucem edidisset, eam uxorem suam legitimam proclamari voluit. Sed prius de infante, tanquam prole Regia, solemniter baptizando iurgari coeptum; id enim Nicolaus Patriarcha ceterique Episcopi se passuros negabant, nisi Imperator fidem daret, se infantis matrem dimissurum. Juravit, quod momentibus obtemperaturus esset, Leo.

Tumque puer inter caeremonias Ecclesiasticas in Epiphania Domini a Patriarcha baptizatur, & Constantinus nominatur. Sed ecce! vix triduo elapso Zoe in Palatium magna pompa introducitur, Imperatricis more, & nuptiæ, etsi sine Presbyteri ministerio, celebrantur. Omnes Episcopi, omnes Clerici hoc facto Religionem everti querebantur, tota civitas isto scandalo perturbata. Nicolaus Patriarcha in conspectum Imperatoris venit, & in terram prostratus obtestatur, ne tanta contumelia afficeret Dignitatem Imperialem; hujus enim rationem habendam esse veluti faciei humanæ, in qua nulla macula latere posset. Meminisset, in cælo dari Imperatorem ipso longe potentiolem, qui tantum scelus impunitum manere non esset passurus.

H 3 rus.

Sæculum X. rus. Neutiquam Principes supra legem  
 A. C. 906. esse, nec iis, quidcunque luberet, licere.  
 Tandem inter lacrymas perorans roga-  
 bat, ut aliquamdiu ab hac muliere se  
 contineret, donec Legatis, Roma, & ex  
 aliis Sedibus Patriarchalibus, accersitis,  
 cum Episcopis, subditis suis, hæc causa  
 ad maturum examen vocaretur. (\*)

*Eutyeh. p.*  
*484. to. 2.*

Nicolaus Pa-  
 triarcha.

*Ep. Nic.*

Igitur Leo Imperator datis ad Ser-  
 gium Papam, ad Michaellem Patriarcham  
 Alexandrinum, Eliam Patriarcham Jero-  
 solymitanum, & Simeonem Antioche-  
 num literis rogat, ut venirent, & matri-  
 monii sui causam examini subjicerent.  
 Patriarchæ satis esse existimarunt, si Le-  
 gatos mitterent. Interim cum Impera-  
 tor anno nongentesimo sexto Benedictio-  
 nem nuptialem sibi & Zoe uxori a Tho-  
 ma Presbytero dari, eamque Imperatri-  
 cem proclamari iussisset, Nicolaus Pa-  
 triarcha Presbyterum deposuit, & Impe-  
 ratorem ab ingressu Ecclesiæ prohibuit,  
 unde illo tempore in vestibulo subsiste-  
 bat. Postquam vero Legati Romani  
 Constantinopolim pervenerunt, incre-  
 buit rumor, ab Imperatore ad confir-  
 mandum

(\*) Nimiis fuit Nicolaus Patriarcha, cum  
 Traditioni Ecclesiæ Constantinopolitanæ tanto-  
 pere inhæsit, Sacræ Scripturæ auctoritate desti-  
 tutus, refragante Ecclesiæ Occidentalis Disci-  
 plina.

mandum, suum matrimonium fuisse ad-  
 vocatos. Quare Nicolaus Patriarcha  
 publice eos in conspectum admittere no-  
 luit, sed ab Imperatore petiit, ut sibi in  
 Palatio cum iis secreto colloqui & con-  
 sultare liceret, quod Imperator denega-  
 vit. Quin Leo compluribus Episcopis,  
 sibi subjectis, donis & promissis in suam  
 sententiam pertractis, Patriarcham spe-  
 cie celebrandi convivii, quod singulis  
 annis in Festo S. Tryphonis prima Fe-  
 bruarii fieri solebat, ad Palatium invi-  
 tavit. Volvebatur tunc annus nongen-  
 tesimus septimus, regni ipsius vigesimus  
 secundus.

Cum itaque Nicolaum Patriarcham,  
 illa die convivam, Imperator & Samo-  
 nas, quem, flagitiorum suorum consciam,  
 Patricium, & Commensalem creaverat,  
 vehementissime urgerent, ut matrimo-  
 nium cum Zoe approbaret, & ille con-  
 stanter recusaret, illico corripitur, pedi-  
 bus per nives properare cogitur, cimbæ  
 imponitur, & in exilium mittitur. Non  
 amicis, non famulis Patriarcham sequi  
 licuit, ne quidem liber unus, cujus le-  
 ctione solitudinem in arcta custodia le-  
 varet, relictus. Ceteri quoque Episco-  
 pi, qui in eadem sententia persistebant,  
 relegati, in carceres missi, vinculis fer-  
 reis onusti. Inter hæc autem Constan-  
 tinopoli celebratum est Concilium, in

H 4 quo,

Sæculum X.  
 A. C. 907.

*Sim. Mag.*  
 n. 19.



Sæculum X. quo, Legatis præsentibus, matrimo-  
 A C. 907. nium Imperatoris per dispensationem ra-  
 tum habitum (\*), Nicolaus Patriarcha  
 depositus, & successus Euthymius, Syn-  
 cellus, pius, virtutis amans, atque haud  
 vulgari vir specie. Is ad Dignitatem Pa-  
 triarchalem recipiendam revelatione  
 cœlesti permotus dicebatur, & præsciis,  
 Imperatorem legem editurum, ut ter-  
 tiam quartamve uxorem ducere permit-  
 teretur, quod huic consilio complures  
 viri docti suffragarentur.

## §. XLI.

*Res Orientis.*

*Eutych. to.*  
*2. p. 471.* Michael Patriarcha Alexandrinus, cui  
 Leo Imperator in causa nuptiarum  
 suarum scripsit, ad illam Sedem euectus  
 fuerat, anno Hegiræ 258. Jesu Christi  
 872. quam cum annis triginta quatuor,  
 nempe usque ad annum nongentesimum  
 septi-

(\*) Ex his factis iterum Jurisdictio Romanæ  
 Sedis in Constantinopolitanam, & utriusque  
 etiam post Schisma, ut vocant, Photianum Com-  
 munitio contra Protestantes luculenter demon-  
 stratur. Sed tamen quæstioni forte locus esset,  
 an non Nicolaus Patriarcha, cujus culpa potius  
 pertinax error, quam improbitas, dicenda, non  
 justo rigidius habitus fuerit. Ceterum vox, di-  
 pensatio, hic in sententia Orientalium accipien-  
 da est; nam in Occidente nulla fuisset requisita.

septimum tenuisset, Successorem habuit <sup>Sæculum X.</sup>  
 Christodulum, patria Alepensem, Jeroso- <sup>A. C. 907.</sup>  
 lymæ a Patriarcha Elia, filio *Manzur*,  
 Sabbato Sancto, die septima mensis Ægy- <sup>p. 488.</sup>  
 ptii *Barmuda*, ordinatum, super quem,  
 postquam Alexandriam pervenisset, quia  
 eum cives recipere volebant, nisi oratio-  
 nes in ordinatione Episcoporum dici solita  
 iterum recitarentur, illæ preces, quar-  
 ta die mensis Arabici *Ramadan*, anno He-  
 giræ 294. seu eodem anno 907. repetitæ  
 sunt. Is Alexandrinam Ecclesiam annis  
 viginti sex rexit. Patriarcha Jacobita  
 Alexandrino, cui etiam Michael nomen, <sup>Chr. Orient,</sup>  
 anno 902. defuncto, Sedes annis qua- <sup>p. III.</sup>  
 tuordecim vacavit. Antiochiæ, Patriar-  
 cha Melchita Theodosio e vivis erepto,  
 successit Simeon, Zarnaci filius, anno  
 primo Califæ *Motatid*, nempe anno octin-  
 gesimo nonagesimo secundo, & post- <sup>p. 488.</sup>  
 quam illi Ecclesiæ præfuisset annis duo- <sup>Eutychn.</sup>  
 decim, Successorem habuit Eliam, qui  
 Sedem illam nactus anno 904. Califæ  
*Moctafi* tertio, eandem annis viginti octo  
 obtinuit. Quod spectat ad Califas Bag- <sup>Elmac. l. II.</sup>  
 dati, *Mutamid* anno Hegiræ 279. repa- <sup>c. 17. p. 170.</sup>  
 rata Salutis 892. fatis functo, Achmet  
 nepos successit, accepto nomine *Muta-*  
*did*. Is filiam *Hamaruya*, ex Achmete,  
 qui Ægypto dominatus est, geniti, tori  
 consortem accepit, & cum libidini, qua  
 acriter in plurimas ardebat, non tempe-  
 raret,

H 5

Sæculum X. raret, decimo regni sui anno, Hegiræ  
 A. C. 907. 289. Salutis nostræ 902. ætatis suæ qua-  
 dragesimo sexto, occubuit. Filius ejus  
 c. 18. Ali, cognomento *Moctafi*, successit, qui  
 postliminio potitus est Ægypto, mortuo  
 Aarone, Hamaruyæ filio. Itaque hæc  
 familia, quæ Turcam Tulunum auctorem  
 habebat, non plus annis quadraginta in  
 Ægypto dominata est. Califa vero Mo-  
 ctafi, postquam annis sex & dimidio re-  
 gnasset, anno 295. seu 908. e vivis abiit  
 annos natus triginta & unum.

Hæc illa tempestate rerum in Orien-  
 te facies fuit.

## §. XLII.

*Sergius III. Papa.*

*Papebr. ex*  
*Epitaph.*  
*Sup. §. 27.*  
*Flod. vers.*  
*p. 687.*  
 S Sergius III. Papa, ad quem Leo Impe-  
 rator literas direxerat, Patria Roma-  
 nus, Benedicti filius, Presbyter, primo  
 Papa electus anno octingentesimo nona-  
 gesimo nono, Theodoro fati functo, cum  
 annis septem in exilio fuisset, revocatur,  
 Christophoro sufficiens, & anno non-  
 gentesimo quinto Papa ordinatur. Se-  
 dit annis septem, & quia Joannem IX.  
 sibi olim prælatum, tresque sequentes  
 Pontifices pro usurpatoribus habebat,  
 Formoso dudum mortuo iterum bellum  
 indixit, atque Acta Stephani VII. appro-  
 bavit, cujus corpus decimo post obitum  
 anno transtulit, ejusque sepulchrum  
 Epita-

Epitaphio egregio decoravit. Ecclesiam Saculum X.  
 Lateranensem Stephani tempore colla- A. C. 907.  
 psam a fundamentis usque ad fastigium Ap. Baron.  
 reparavit, sibi in ea sepulchrum de- an. 900.  
 stinavit. Tunc autem temporis Theo- Luitpr. l. II.  
 dora versuti ingenii femina, & cele- c. 13.  
 bre scortum, cui duæ erant filiæ, Ma-  
 rozia & Theodora, matre longe peiores,  
 rerum in Urbe potiebatur. Marozia ex  
 sacrilego commercio cum Sergio Papa  
 filium (\*) genuit, nomine Joannem, suo  
 tempore Papam futurum, & ex Alberto  
 Marchione, viro suo, Albericum, poste-  
 riore

(\*) Cardinalis Baronii ad annum 908. ex Luitprando verba sunt: *Cujus præter vim Tyrannicam in Pontificatu invadendo ab Auctoribus ejus Sæculi Scriptis proditam, turpitudine quoque vitæ ab eisdem tradita posteris, magna infamiae nota est reddita manifesta. Luitprandus enim obscæna ista nota reliquit his verbis: Theodora Scortum impudens hujus Alberici, qui nuper hominem occidit, avia (quod dictu etiam nefandissimum est) Romanæ civitatis non inviriliter Monarchiam obtinebat, quæ duas habuit natas, Maroziam atque Theodoram, sibi non solum æquales, verum etiam Veneris exortivo promptiores. Harum una Marozia ex Papa Sergio, cujus supra fecimus mentionem, Joannem, qui post Joannis Ravennatis obitum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obtinuit Dignitatem, nefario genuit adulterio &c.*

Sæculum X. riore tempore Urbis Dominum. Cete-  
 A. C. 907. rum primus Pontificum est Sergius, cui  
 hujusmodi probrum objici potuerit. (\*)

## §. XLIII

(\*) Denique post tot evoluta Sæcula Sergius, numero secundus, nam Stephanus VII. primo loco poni potest, invenitur, cujus mores S. Sedem dehonestarunt. Quare in garritu D. Mosheim in *Præf.* præter insignem calumniam nihil veri & solidi est, dum dicit, a Sæc. VIII. vix ullum amplius probæ vitæ Pontificem Romanum occurrere. Verius & sapientius differit Natalis Alexander *Art. VII. de Sergio* in hunc modum: *Ceterum Sedem Apostolicam nihilominus reveriti sunt Fideles omnes, quamvis ei Pontifex turpissimus & lupus potius quam pastor incubaret.* Tum post memorata hujus rei exempla & testimonia, *Frustra ergo triumphum agunt Lutherani & Calvinistæ, cum hujusmodi Pontificum recensent historiam. Siquidem non ex Personis fidem, sed ex fide Personam judicare debemus: & sicut non excusaretur, qui Dignitatem Apostolicam contemneret, quod Judas fuerit ad ipsam proventus; ita non excusantur illi, cum Pontificiam Dignitatem, cum Romanam Ecclesiam, divinumque Summi Pontificis Primatum contemnunt & impugnant, licet non nulli Pontifices flagitiosi fuerint.* Nempe tam parum paucorum Pontificum mala vita Ecclesiæ Romano-Catholicæ nocere potest, quam parum Scribarum & Phariseorum in Cathedra Moylis sedentium nequitia Synagogæ obfuit.

## §. XLIII.

Sæculum X.

A. C. 907.

*Formosus ab Auxilio defensus.*

Probabilis admodum conjectura est, sedente Sergio Auxilium Presbyterum Scripta sua, quibus Ordinationes a Formoso Papa factas defendit, in lucem edidisse. Sunt vero tria, atque primum est Collectio testimoniorum ad probandum primo, quod Translationes Episcoporum non nunquam sint licitæ, & refert falsam Decretalem Anteri, tum etiam complura exempla, omnia ab Ecclesia Græcorum accepta. Citat decimum quintum Canonem Nicenum, Translationem Episcoporum damnantem, tum duos primos Canones Sardicenses, & quia, ipso Judice, nimis rigidi sunt, perperam asserit, esse privatam opinionem Osi, cujus nomen præferunt. Probat Auxilius secundo, non magis licitum esse, iterare Ordinationem quam Baptismum, atque Ordinationem ab Episcopo etiam condemnato peractam nihilominus esse validam. (\*)

*Ap. Morin.  
de ordin.**Sup. lib. XI.  
§. 19.**Lib. XII.  
§. 37.**c. 17. 18.  
c. 19. 20.  
Etc.*

Absur-

(\*) Constans hæc est in Ecclesia Romano-Catholica Doctrina; Episcopum semel rite ordinatum semper Sacramentum Ordinis valide, etiam non semper licite, aliis conferre posse. Quam ambigua autem & confusa sint omnia apud Protestantem ad Sacrum Ministerium nec rite vocatos,

Sæculum X.

A. C. 907.

c. 28.

Absurda, quæ sequerentur, si valor Ordinationis illorum, quibus Formosus manus imposuit, in dubium vocaretur, exponit in hunc modum: *Sequetur, Religionem Christianam ab annis ferme viginti in Italia defecisse, Episcopos a Formoso ordinatos nihil egisse, cum Ecclesias dedicarunt, Altaria consecrarunt, Sanctum Chrisma benedixerunt, item nec ab ipsis, nec a Presbyteris fontes Baptismatis potuisse sanctificari, nec eos vere Missas celebrasse, nec ullam Oblationem vivis mortuisque (\*) salutarem fecisse. Preces matu-*

tos, nec ordinatos, audiamus Cardinalem Bellarminum in Præf. ad Controv. de Sacram. tam folide quam eleganter ita præudentem: *Hæreticos homines, ut est apud Isaiam Prophetam Cap. 19. Spiritu vertiginis agitari, & tanquam Babylonice turris ædificatores, sic inter se linguis & moribus esse divisos, ut alius alium non agnoscat, nulla re magis quam disputatione Sacramentaria comprobatur. Etenim cum de Sacramentis agitur, sive nomen, sive natura, sive numerus, sive efficacia, sive quid aliud in controversiam adducatur, non modo inter se acerbissimis contentionibus altercantur, sed etiam ita inepte atque absurde plerumque disputant, ut de stultitiæ palma contendere, vel de gloria imperitiæ dimicare velle videantur.*

(\*) Inde consuetudo perpetua pro defunctis orandi contra Protestantes probatur.

matutinas aliarumque horarum non fuisse exauditas, Diaconos & Subdiaconos sine fructu munere suo fuisse functos. Dieendum fore, totam Ecclesiam culpam admisisse, quod has Ordinationes in Concilio approbaverit. Si Formosus male ordinatus fuit, in quem culpa rejicienda erit, nisi in populum Romanum, qui eum elegit, in Clericos & Principes, qui, quoad vixit, ab eo Hostiam Corporis & Sanguinis Domini Nostri acceperunt, & cum ipso Stationibus ceterisque Solemniis interfuerunt? Quid vero illi deliquisse dicendi erunt, qui a remotioribus provinciis advenerunt, ut Ordinationem a S. Petro per manus Vicarii ipsius acciperent? Deinde illis Auxilius respondet, qui in excusationem afferebant auctoritatem Superioris, cui resistere non potuissent, & affirmat, Superioribus non esse obediendum scelera imperantibus, nec timendam esse excommunicationem injustam, sed distinguendam (\*) esse Sedem, cujus Reve-

Sæculum X.  
A. C. 907.

c. 29.

c. 32.

c. 33. 34.

(\*) Ad hunc locum in Natali Alexandro sequentem lego Reflexionem; Prudenter monet JOANNES MORINUS Congregationis Oratorii vir doctissimus, præfatione in duos Auxilii libellos, quos edidit in Commentario de Sacris Ordinationibus, hanc distinctionem cautius fuisse explicandam. Prætextu enim honoris conservandi



Sæculum X. Reverentia nunquam esset exuenda, a  
 A. C. 907. Pontifice, quem errantem Fideles sequi  
 non deberent. Concludit, sibi ceteris-  
 §. 40. que a Formoso ordinatis Gradus suos  
 esse servandos, usque dum in hac cau-  
 sa Concilium universale pronunciaffet.

Scriptum Auxilii secundum ad Leo-  
 nem Episcopum Nolanum dirigitur, cui,  
 olim a Formoso ordinato, vehementer  
 instabant, ut Ordinationem suam nullam  
 fuisse profiteretur. Cum hac de re  
 Francorum doctissimos, atque etiam  
 quosdam Beneventanos consulisset, re-  
 sponderant datis literis; caveret sibi, ne  
 hunc errorem admitteret. Tum etiam  
 Auxilium rogavit, ut ad ea, quæ sibi ob-  
 jiciebantur, responderet. Unde Auxi-  
 lius, transmissio ad eum Scripto primo,  
 plenius ipsi satisfactorius secundum quo-  
 que

*di Throno Apostolico debiti, habenæ laxantur  
 convitiatoribus Pontificum; unde necessario &  
 evidenter convitia in Sedem ipsam reflectuntur.*

Sine dubio cautissime adhibenda est ista di-  
 stinctio, quæ tamen non nunquam est necessaria;  
 & tunc nomine Sacræ Sedis non, exempli cau-  
 sa, Sergius III. sed tamen plerique Romanorum  
 Pontificum, S. Petri in Cathedra Romana Suc-  
 cessorum, quibus Christus Dominus singularem  
 gratiam & infallibilitatem ad regendam Ecce-  
 siam suam promisit, & hucusque dedit, acci-  
 pi possunt.

que composuit. Præmittit Quæstionem Sæculum X. A.C. 907.  
 generalem, an Ordinatio vi collata sit C. Majores.  
 valida, & respondet affirmative, quod S. item  
 confirmat exemplo Baptismi vi adulto quær. extra  
 collati, quem valere asserit. Sed in utro de Bapt.  
 que fallitur.

Secundum hoc Scriptum Dialogus  
 est, quem Auxilius exorditur in hunc  
 modum: Aggressor: *Formosus relicta*  
*Sponsa sua alienam rapuit.* Vult dice-  
 re, quod dimissa Ecclesia propria Sedem  
 Romanam illi abstulerit, qui in ea legi-  
 time ordinandus fuisset. Defendens: *Non*  
*est mihi curæ, an Formosus Sponsam ha-*  
*buerit.* Satis est, quod Ordinatio, ab  
 ipso facta, fuerit canonica. Aggressor:  
*Formosus Papa non fuit.* Ergo Ordina-  
 tio ab ipso peracta nulla est. Defendens:  
*Formosum Papam agnoverunt compluri-*  
*bus annis non Imperium Romanum modo,*  
*sed etiam Gentes barbaræ, atque Clerici*  
*ex Regionibus remotissime positæ Romam*  
*venerunt, de more Ordinationem rece-*  
*pturi.*

Hæc verba Auxilii notari merentur.  
 Repetit deinde eadem argumenta, quæ  
 in primo Scripto, de valore Ordinatio-  
 nis Episcopi, etiam in causa Hæresis da-  
 mnati, attulerat. Ad exemplum Con-  
 stantini Papæ, cujus Ordinationes nullæ  
 fuerant declaratæ, dicit, bene factum, Sup. lib. XLIII. S. 53. 57.  
 quod Constantinus fuisset depositus, er-  
 ratum  
*Hist. Eccles. Tom. XIII. I*

Sæculum X. ratum vero, quod eidem oculi eruti, ab  
A. C. 907. ipso Ordinatis iterum manus impositæ, &  
 coacti, sacramento se obstringere, se nun-  
 quam Ordinem Clericalem recepturos  
 Afferit, secundo Ordinatis nullum Or-  
 dinis sui officium esse obeundum, & Pa-  
 pæ ad Synodum vocanti, ubi causa ma-  
 nifeste mala est, non esse obtemperan-  
 dum.

c. 10.

c. 12.

c. 20.

c. 22.

Dicit, Formosum jam amplius judi-  
 cari non posse, postquam Dei Judicio  
 fuisset præsentatus. *At vero, inquit Ag-  
 gressor, post suam Depositionem non po-  
 tuit esse Episcopus, & multo minus Papa.*  
 Defendens respondet: *Quia auctoritate  
 Sacræ Sedis depositus fuit, eadem aucto-  
 ritate reconciliatus est.* Adversarius:  
*Quando depositus fuit, juravit super San-  
 cta Evangelia, se nunquam Urbem intra-  
 turum, & nunquam Ecclesiam suam Cathe-  
 dralem repetiturum. Ergo reconciliari  
 non potuit.* Defendens: *Ejusmodi ju-  
 ramentum ipsis Gentilibus detestandum  
 videri posset! jurare, nunquam ad limina  
 Apostolorum redire se velle, & reconcilia-  
 tionem petere! quanta crudelitas!* Ad-  
 versarius: *An Papa reconciliare virum  
 debuit, proprio ore condemnatum?* De-  
 fendens: *Id metu extortum fuit. Suf-  
 ficit, quod postea auctoritate S. Sedis re-  
 conciliatus fuerit.* Adversarius: *Demus  
 tibi, quod Formosus fuerit reconciliatus;*  
 sed

*sed deinde eum cupido gloriae ad dimittendam Ecclesiam suam impulit. Defendens: Incertum, an ambitione ductus S. Sedem conscenderit; quare, Dei Iudicio relinquendus est. His enim omnibus non obstantibus tota Romana civitas & adjacentes Regiones testantur, Formosum virum fuisse eximia Sanctitatis, paucissimis exceptis, qui famam defuncti proscindunt.*

*Adversarius: Quod vero nunc obijciam, nunquam solves. Quando Formosus advenit in Papam ordinandus, manus sibi imponi voluit tanquam non Episcopo; unde Dignitatem Papalem non modo non accepit, sed etiam, quam habebat, Episcopalem amisit. Defendens: Viri tunc cum Formosus in Throno Papali collocaretur, praesentes a me interrogati, responderunt, esse falsissimum, quod in ista Translatione Formoso manus fuissent impositae, sed, inquiebant, veluti peregrinantes ambulando orant, ita nos orantes Electum ad Sedem Apostolicam deduximus & inter preces convenientes in Thronum Papalem eveximus. Adversarius: Superfunt hodieque complures viri fide digni, qui Formosum petiisse, iterum sibi manus imponi testatum faciunt. Defendens: Et ego cum pluribus aliis certissime scio; istud a solis Formosi inimicis in vulgus spargi. At Leges Divinae hu-*

Saeculum X.  
A. C. 907.

c. 26.

c. 27.

Sæculum X. manaque testimonium inimicorum reji-  
A. C. 907. ciunt.

c. 29.  
Formosus  
defensus.

Adversarius: *In Concilio quidem Ra-  
vennae celebrato Ordinatio Formosi vali-  
da fuit declarata; sed nullam habemus  
rationem illius Decreti, scilicet magna  
pecunia vi extorti. Defendens: Dicit,  
quod probare nequis. Illud vero luce cla-  
rius, omnes ferme Italiae Episcopos huic  
Concilio interfuisse. Quare, si Deo dispo-  
nente Imperator Concilium Universale  
convocaverit, quid de vobis decerneretur,  
qui tot Episcoporum Judicium rejicitis?*

c. 30.

Adversarius: *Stephanus, qui tertius a  
Formoso Petri Sedem tenuit, eum esse no-  
centem usque adeo persuasum sibi habuit,  
ut ejus cadaver e tumulo proferri, & in  
Concilium raptari jusserit, ubi vestibus  
Sacerdotalibus spoliatum, lacicorum in-  
dumento tectum, abscissis dextræ duobus  
digitis in sepulchro peregrinorum posi-  
tum, & tandem in Tiberim provolutum.  
Defendens: Nempe, ferarum rabies isto-  
rum, qui hæc fecerunt, animos occupave-  
rit, necesse est; quis unquam barbarorum,  
ne dicam Christianorum, ita in mortuum  
sæviisse perhibetur? Etsi autem illa Trans-  
latio ab una Sede ad aliam illicita fuisset,  
nihilominus lenitate viros Ecclesiasticos  
decente tolerari debuisset, & non crudeli-  
tate in illam usque diem inaudita puniri.  
Tum Concilium universale cogere oportebat,*

bat, & prohibere, ne istud factum Romæ unquam in exemplum traheretur. Deinde contendit, juramentum vi adhibita extortum, nisi peccatum subsit, esse servandum.

In Scripto tertio Auxilii nostri Aggressor asserit, ordinationem Formosi fuisse illicitam, postquam juramentum edidisset, nunquam se consensurum, ut in Sacram Sedem eveheretur. Et Actor, id est, Defendens id non negat, sed affirmat, Ordinationem Formosi nihilominus fuisse legitimam propter Ecclesiæ emolumentum, quod cujuscunque hominis privati voluntate potius esset. Tunc vero liquido patuisse, utilitatem Ecclesiæ id postulare, quod ad subeundum Supremi Pastoris officium Formoso nemo dignior inveniretur. Subjungit hujus Pontificis Elogium: *Formosus toto vitæ suæ tempore virum omnino gravem se probavit. Nunquam gustavit vinum, non manducavit carnes, virgo permansit usque ad vitæ finem, quem anno ætatis octogesimo attigit, convertit Bulgaros, Doctrinæ Christianæ veritatem Sanctæ vitæ exemplo confirmans. Hæc mihi in Scriptis Auxilii notatu digna visa sunt.*

## §. XLIV.

*Concilium Troslejanum.*

In Francia Heriveum Archiepiscopum

I 3

Remen-

Sæculum X.  
A. C. 907.

c. 32.

Annal. to. 4.  
p. 610.

p. 619.

Sæculum X.  
A.C. 909.  
Remensem Wido Archiepiscopus Roto-  
magenſis conſuluerat, quid decerneret  
de Paganis conuerſis, qui accepto Ba-  
ptiſmo ad ſuas Superſtitiones reuerſi  
fuiſſent. Item de illis, qui necdum Sa-  
cro fonte fuiſſent lavati. Nempe per-  
multi Normanni, in Francia ſedem tige-  
re cupientes, Fidem Chriſtianam ſuſci-  
piebant. Heriveus autem Reſponſi lo-  
co miſit collecta teſtimonia S. Gregorii  
aliorumque Patrum in Articulos 23. di-  
viſa, & quasdam hitorias parum fide  
dignas.

*Flod. IV.*  
*hiſt. c. 14.*  
*to. IX. Conc.*

*to. IX. Conc.*  
*p. 520.*

Idem Archiepiſcopus Remenſis com-  
plures quidem Synodos cum ſuæ Provin-  
ciæ Episcopis celebravit; ſed illius ſo-  
lum habemus Decreta, quod Troſleſi  
apud Sueſſionem vigesima ſexta Junii an-  
no nongenteſimo nono Indictione duo-  
decima convocavit. Interfuere ipſius  
Suffraganei, atque duodecim Antitiſtium  
nomina ſubſcripta viſuntur. Videlicet  
Heriveus Archiepiſcopus Remenſis, Wi-  
do ſeu Guido Rotomagenſis, Rodulfus  
Episcopus Laudunenſis, Herluinus Bel-  
lovacenſis, Robertus Noviodunenſis, Le-  
toldus Catalaunenſis, Abbo Sueſſionen-  
ſis, Stephanus Cameracenſis, Hubertus  
Meldenſis, Oſfridus Silvanectenſis, Ste-  
phanus Teruanenſis, & Ogerius Ambia-  
nenſis. Decreta vero hujus Synodi, in  
quindecim Capita diviſa, potius longæ  
adhor-

adhortationes quam Canones sunt, ex <sup>Sæculum X.</sup> quibus tristis Ecclesiæ facies dispicitur. A. C. 909.

In Præfatione hæc leguntur: *Depopulatae sunt urbes, destructa, vel incensa Monasteria, agri in solitudinem redacti. Et sicut primi homines nulla lege, nullo saltem timore male agere prohibebantur, sed libere ventri, delectationibus oculorum & ceteris vitiis serviebant, ita nunc contemptis legibus Divinis humanisque & Edictis Episcopalibus unusquisque quod vult agit. Viribus potentior infirmiore opprimit, vexantur pauperes, res Ecclesiarum diripiuntur. Denique ne nobis ipsis parcere videamur, quorum est errata aliorum corrigere, Episcopi dicimur, sed Episcopale officium non implemus. Ministerium prædicationis negligimus, eos, qui nobis commissi sunt, videmus Deum deserere, & in pravis actibus jacere, & tacemus nec eis manum tendimus. Sed & si aliquando admonere cæperimus, respondent illud ex Evangelio, nos alligare onera gravia & importabilia & imponere in eorum humeros, digito autem nostro nolle ea movere. Sicque fit, ut nobis tacentibus grex Domini pereat. Quis unquam ministerio linguæ nostræ conversus luxuriam suam damnavit? quis avaritiam, quis superbiam declinavit? Interim instat reddenda ratio negotii nobis commissi cum exactione lucri.*

p. 522.

p. 523.

Matth. 23. 4.



Sæculum X.

A. C. 909.

c. 2.

Facies Eccle-  
siæ & Mona-  
steriorum.

Deinde de Monasteriorum lapsu hæc habentur: *Quædam a paganis sunt destructa vel incensa, quædam rebus spoliata & ad nihilum prope redacta. Si tamen quorundam adhuc superesse videntur vestigia, nulla in eis Regulæ instituta servantur. Namque Monachi, Canonici, Sanctimonialia propriis carent Rectoribus, dum contra omnem Ecclesiæ auctoritatem Prælati extraneis subduntur. Unde partim paupertate, partim prava voluntate impulsæ moribus vivunt incompositis. Et qui Sanctitati & Religioni intenti esse debuissent, terrenis negotiis vacant. Quidam etiam necessitate cogente, relictis Monasterii septis, volentes nolentesque Sæcularibus junguntur, more Sæcularium vivunt, in nullo distare a vulgo videntur, & propter infima, quæ sectantur, opera, despectui habentur. In Monasteriis Deo consecratis conversantes conspicimus Abbates Laicos cum uxoribus, liberis, militibus, & canibus. Quomodo ejusmodi Rectores compellent Monachos ad observandam Regulam, ipsi literarum ignari? nihilominus, quod auditu lugubre! Laici in medio Sacerdotum & virorum Religiosorum, velut Magistri, sedentes de ipsorum vita & moribus, ordine perverso judicant.*

*Censemur igitur, & decernimus, ut status Monasteriorum juxta antiquam Regulæ*

*Regulae traditionem, & Canonum consti-  
tuta servetur. Abbates sint viri Reli-  
giosi, qui Disciplinam Regularem nove-  
rint, Monachi vero vel Sanctimoniales  
juxta suam professionem sobrie, pie, sim-  
pliciter vivant, pro Regum Salute, Regni  
pace, & tranquillitate Ecclesiae orent, Ec-  
clesiasticam jurisdictionem non pertur-  
bent, pompam saecularium non imitentur.  
Quidam enim tam pretiose & compe ve-  
stiti incedere, ut talis cultus etiam pios  
laicos dedeceret, & rebus communibus non  
contenti propria possidere, quin etiam sor-  
didis lucris inbiare dicuntur. Sane ne  
ulla monachis evagandi & talia quaeren-  
di detur occasio, Abbates provideant, ut  
secundum Regulam singulis alimenta ne-  
cessaria & vestes praebentur.*

Multi deinde in hoc Concilio legun-  
tur de Reverentia Personarum Ecclesia-  
sticarum, de opprobriis, quibus illa aeta-  
te Clerici lacebantur, & praedationi-  
bus rerum Deo Sacrarum. Tum subjun-  
gitur: *Sunt, qui ab ipsis Sacerdotibus Bo-  
norum Sacrorum census exigant, aut alias  
pensiones, dona, epulas, equos, & pabu-  
lum, etsi nullum aliud servitium quam  
Spirituale petere ab eis possint. Haud  
dubie Patronorum culpa haec erat, qui,  
cum Parochos nominarent, haec eis one-  
ra imponebant. Concilium etiam de-  
clarat, Bona Ecclesiarum, id est, Deci-  
mas,*

c. 5.

c. 6.

Sæculum X. mas, Primitias, & Oblationes ab omni  
 A. C. 909. exactione Fisci & Domini directi esse

exemptas, quas videlicet Presbyteri sub  
 Episcoporum cura constituti administra-  
 rent. Patres his subjungunt: *Neuti-  
 quam tamen volumus, ut Episcopi soli isto-  
 rum Bonorum Domini, læso Optimatum  
 jure, sint; sed tantum administratio iis  
 competat. Ceterum omnes Presbyteros  
 jubemus Dynastis & familiaribus eorum,  
 ad quos Ecclesiæ pertinent, honorem con-  
 venientem exhibere. Non arrogantia, non  
 contentio irrepat. Salva Ministerii Sa-  
 cri Reverentia Dominis suis, & Páro-  
 chianis, de quorum oblationibus vivunt,  
 grati esse & accepti satagant, humili men-  
 te præstent iis Servitia Spiritualia, qua  
 etiam gratis conferre deberent, etiam si  
 nullam mercedem temporalem ab iisdem  
 acciperent.* Tum probatur, Decimas Bo-  
 norum omnium etiam mercatu aut pro-  
 pria industria acquisite dandas esse.

- c. 7. Concilium istud rapinas & latrocinia  
 tunc frequentissima damnat, tum etiam  
 c. 8. raptus, matrimonia clandestina, fornica-  
 c. 9. tiones; nec viris Ecclesiasticis modo,  
 quibus omne commercium & familiari-  
 c. 10. tatem cum feminis interdicit, sed etiam  
 omnibus Fidelibus ab illis vitiis se conti-  
 nere præcipit. Prohibentur perjuria &  
 c. 11. juramenta ex levitate animi prolata, in  
 Canones Concilii quolibet sermone centies repetita, ini-  
 Troslejani. micitiæ,

micitiæ, unde cædes oriebantur, de qui-  
 bus etiam Summi Sacerdotes non erant  
 securi. Renovatur Excommunicatio la-  
 ta in Interfectores Uncti Domini, id est,  
 Fulconis Archiepiscopi, & subditur: *Pes-*  
*sima consuetudo apud nos inuenta est, quod*  
*Episcopo moriente, qui viribus superiores*  
*sunt, Bona Ecclesiæ invadant; quasi vero*  
*ea Episcopi propria fuissent. Quamvis*  
*ne tum quidem hoc rapinæ genus sanæ ra-*  
*tioni consentaneum esset. Quare in no-*  
*mine Dei omnipotentis & Sanctorum, qui*  
*cum ipso in Cælo regnant, tantum Sacri-*  
*legium prohibemus.*

Paucis deinde interpositis: *Ex Sacrae*  
*Sedis literis ad nos datis intelleximus, in*  
*Oriente ad huc dum gliscere errores & blas-*  
*phemias cujusdam Photii dicentis, S. Spi-*  
*ritum non a Filio, sed tantum a Patre*  
*procedere. Quare hortamur vos, ut le-*  
*ctioni S. Scripturæ & SS. Patrum dili-*  
*genter studeatis, & doctrinam hauriatis,*  
*qua pestem hanc renascentem extinguere*  
*valeatis.*

Ultimo Episcopi Adhortationem ad-  
 diderunt hujusmodi: *Nostra & Fra-*  
*trum nostrorum desidia atque ignorantia*  
*factum, quod in Ecclesia innumeros homi-*  
*nes utriusque sexus & omnis conditionis*  
*reperire sit, qui ad senilem ætatem perve-*  
*niunt, fidei Christianæ usque adeo rudes,*  
*ut etiam Symboli verba & Orationem Do-*  
*minica-*

Sæculum X.  
 A. C. 909.

c. 12. 13.

6. 14.

c. 15.

Sæculum X. *minicalem recitare nequeant. Unde etiam*  
A. C. 909. *si vita ipsorum bona videretur, quomodo*  
*bona opera facere sine fundamento Fidei*  
*possunt? (\*)* Cetera quæ sequuntur in  
 Concilio sunt compendium Doctrinæ  
 Christianæ, & oratio, qua Episcopi Fi-  
 deles ad fugiendum vitium & virtutem  
 amplectendam excitant. In omnibus  
 vero hujus Concilii Decretis magna Re-  
 rum Ecclesiasticarum scientia & solida  
 pietas elucescit.

## §. XLV.

*Monasterium Cluniacense fundatur.*

*Mabil. to. 5.* **J**am tunc quidam viri pietate clarissimi  
*p. 77.* ad reparandam Disciplinam monasti-  
 cam propemodum collapsam animum  
 adjecerant; cujus operis sane magni ce-  
 leberrimum exordium fuit fundatio Mo-  
 nasterii Cluniacensis, exinde fama incly-  
 ti. Fundator fuit Comes Guilielmus,  
 alias etiam Dux Aquitaniæ, & Bituri-  
 censis dictus, Bernardi Comitis Arvernæ  
 filius, & alterius Bernardi, Comitis Pi-  
 ctaviens.

(\*) Pari ratione non juvant Protestantes ex-  
 cusationes illæ: *de veritate fidei meæ non dubi-  
 to. Tranquille mortem oppetimus, & his similia,*  
 nam cum fundamento fidei veræ & vivæ desti-  
 tuantur bona eorum opera ad salutem non pro-  
 sunt, quod R. P. Neumayr in Conc. ad Fest. S. Hi-  
 lar. anno 1759. irrefragabiliter probat.

ctaviensis, nepos, qui Conjugem acce-  
perat Ingelbergam, Bosonis Regis Pro-  
vinciae filiam, & Sororem Imperatoris  
Ludovici, tunc regno & oculis privati,  
filiumque ex ea susceperat in prima ætate  
mortuum. Causas vero fundati Mona-  
sterii ipse Auctor in diplomate, quod ho-  
dieque nobis superest, exponit in hunc  
modum:

*Cum facultates a Deo mihi datas Sa-  
luti animæ meæ impendere cupiam, nihil  
melius visum, quam ut Jesu Christi pau-  
perum amicitiam mihi conciliare stude-  
rem. Atque ut istud opus sit perpetuum,  
meis opibus Congregationem Monachorum  
alere constitui. Itaque ob amorem Dei,  
& Salvatoris nostri Jesu Christi, & SS.  
Apostolorum Petri & Pauli, dono de pro-  
pria mea ditione Cluniacum scilicet Vil-  
lam ad Graonam annem sitam cum Ora-  
torio, quod ibi in honorem S. Dei genitri-  
cis Mariæ & S. Petri Apostolorum Prin-  
cipis est, & omnibus rebus ad ipsam Villam  
pertinentibus, in Comitatu Matisconensi  
vel circa positis. Dono autem hæc omnia  
ego Wilhelmus pro Salute animæ Domini  
mei Regis Odonis, Parentum, & Subdito-  
rum meorum, ea conditione, ut Cluniaci  
in honorem SS. Apostolorum Petri & Pau-  
li Monasterium construatur, ibi Monachi  
secundum Regulam S. Benedicti viventes  
congregentur, sitque perpetuum illis Re-  
fugium,*

Sæculum X.  
A. C. 909.

tom. 9. Conc.  
p. 565. Bibl.  
Clun. p. 2.  
Act. Sæc. 5.  
p. 78.

Sæculum X. *fugium, qui pauperes de Sæculo egressi ni-*  
A. C. 910. *hil secum præter bonam voluntatem attu-*  
*lerint.*

*Sint ipsi Monachi sub potestate Abba-*  
*tis Bernonis quamdiu in vivis fuerit. Post*  
*ejus obitum habeant licentiam quemcumque*  
*sui Ordinis secundum Regulam S. Benedi-*  
*cti Abbatem eligendi, ita ut nec a nobis,*  
*nec a quacunque alia potestate Electio Re-*  
*gularis impediri queat. Post quodlibet*  
*quinquennium iidem Monachi decem Soli-*  
*dos ad S. Petrum Romam pro concinnan-*  
*dis luminaribus mittant, habeantque Apo-*  
*stolos Patronos, & Romanum Pontificem*  
*Defensorem.*

*v. Mabill. p. 80. Id. p. 67.* *Quotidie opera misericordiæ, ut po-*  
*terunt, pauperibus, advenis, peregrinan-*  
*tibus exhibeant. Monachi ibidem congre-*  
*gati ab hac die nec nobis, nec consangui-*  
*neis nostris, nec Regi, nec cuicumque alteri*  
*in terra potestati subjiciantur. Neque*  
*aliquis Principum Sæcularium, non Comes,*  
*non Episcopus, non ipse Sedis Romana*  
*Pontifex (quos per Deum omnesque San-*  
*ctos ejus, & tremendi Judicii diem obte-*  
*stor & deprecor) res istorum Servorum*  
*Dei invadat, permutet, distrabat, vendat,*  
*minuat, aliis in Feudum concedat, nec*  
*aliquem Prælatum super eos, ipsis nolenti-*  
*bus, constituat. Illos deinde devovet, &*  
*excommunicari optat, qui hanc Donatio-*  
*nem quacunque demum ratione vanam red-*  
*didissent,*

didissent, & in pœnam temporalem addit, Sæculum X.  
A. C. 910.  
ut centum auri libras dare Judicis potestate compellantur. Facile dispiciet lector, plerasque has cautiones ob temporum illorum iniquitatem fuisse adjectas; tanta vero Comitis Wilhelmi erat potentia, ut quoad ipse viveret, opus suum conservare posset. Actis hujus Donationis Bituricæ publice subscripsit Wilhelmus Dux \*. Tum visuntur Sigilla \* Comes, Ingelbergæ uxoris ejus, Madalberti Archiepiscopi Bituricensis, Adalardi Episcopi Claromontani, & alterius cujusdam Episcopi, nomine Attonis, aliorum Procerum. Dies apposita est undecima Septembris, annus Regis Caroli undecimus \*, Indictio decima tertia, nempe \* in Actis decimus tertius.  
annus 910.

Berno, primus Abbas Cluniacensis, ex primis stirpibus in Comitatu Burgundiæ ortus, Monasticum Institutum amplexus, Monasterium Gigniacense in Diœcesi Lugdunensi ex suo patrimonio fundavit. Monasterium vero Balmense in Burgundia prope Oppidum Ledonense Sequanorum reformavit, atque utrumque jam ab anno octingentesimo nonagesimo quarto rexit. Anno sequente Romam profectus, obtinuit a Formoso Papa Confirmationem fundati Monasterii Gigniacensis, quod hodie conversum est in Prioratum, Abbatia Cluniacensi conjun-



Sæculum X. A. C. 910. conjunctum. At Balma hodieque Abbatia est. Ceterum in istis primordiis Berno non plures quam duodecim monachos Cluniacum immisit, secutus exemplum S. Benedicti, qui eundem monachorum numerum singulis Monasteriis dabat.

Berno Regularis observantiæ Statuta a Monasterio S. Martini Augustodunensis accepisse creditur. Saltem illud constat, quod Hugonem Monachum, ad reformandum Balmense & construendum Cluniacense Cœnobium inde sibi Adjutorem evocaverit. Hugonem puerum septennem parentes genere & opibus illustres in Pictaviensi Territorio monasticis institutis addixerunt in S. Savini Asceterio, a S. Benedicto Anianensi reformato, & in Regulari Disciplina confirmato a Monachis Glandifoliensibus, qui metu Normannorum pulsi ad Savinenses se receperant. Cum quidem Comes, cui nomen Badilo, ex Aquitania advena, Monasterium S. Martini Augustodunensis collapsum cereret, illud a Rege expetiit, a se reparandum; quod ubi impetravit, ad S. Savinum se contulit, non ignarus, summo in pretio ibi esse Disciplinam regularem. Inde igitur octodecim Monachos, quos inter Hugo, Odo, & Joannes numerabantur, evocavit. Ipse Comes Badilo monachum induit in Cœnobio  
hoc

*vit. S. Hug.*  
*Act. Sæc. V.*  
*p. 90.*

hoc S. Martini Augustodunensi postero-  
re tempore inter Monasteria Franciæ ce-  
leberrimo. Hugo vero Sanctis sui Or-  
dinis adscriptus est, & ex his, quæ dicta  
sunt, patet, unde Disciplina Regularis  
traditio Cluniacum advenerit.

Sæculum X.  
A. C. 910.

## §. XLVI.

*Res Ecclesiæ in Germania.*

Adalgerius Archiepiscopus Hambur-  
gensis senio fractus, cum ad res ge-  
rendas tardior efficeretur, ex Corbeja  
nova Hogerium advocavit, qui infirmum  
adjuvaret. Interim Sergius Papa que-  
relis Adalgerii ad se delatis permotus,  
Ecclesiæ Bremensis privilegia, a Formoso  
subtracta, reddidit, & quæ Gregorius &  
Nicolaus Papæ S. Anshario & S. Rember-  
to concesserant, confirmavit. Præterea  
Adalgerio quinque Episcopos vicinos ad-  
iunxit, qui Senem in Ministerio Episco-  
pali sublevarent, Ecclesias subditas visi-  
tarent, Verbum Dei prædicarent, Episco-  
pos consecrarent. Quin & potestatem  
dederat novos constituendi. Obiit Adal-  
gerius nona Maji anno 909. post susce-  
ptum Episcopatum vigesimo. Successit  
Hogerius, qui illi Sedi annis septem præ-  
fuit. Eum Hermannus Archiepiscopus  
Coloniensis, postquam aliquantisper re-  
pugnasset, ordinavit, Pallium Sergius  
Papa, & Ferulam seu Baculum Pastora-

Adam. hist.  
c. 42.

*Hist. Eccles. Tom. XIII.*

K

lem

Sæculum X. lem Ludovicus Rex dederunt. Disciplina  
A.C. 912. nã Ecclesiasticã amantissimus, delin-  
 quentes severe castigabat, & utriusque  
 Diœcesis Monasteria diligentissime visi-  
 tabat. Ipso sedente Diœcesim Hambur-  
 gensem Sclavi, & Bremensem Hungari  
 depopulati sunt. Hogerius rebus huma-  
 nis subtractus est vigesima Decembris,  
 anno nongentesimo decimo quinto.

Hatto Archiepiscopus Moguntinus sub  
 idem tempus, nempe anno nongentesi-  
 mo duodecimo fatis functus, duodecim  
 etiam Abbatiis præfuisse fertur. Qui-  
 busdam Regis corculum dicebatur, quod  
 Regi Arnulpho esset carissimus. Is Ci-  
 vitem Moguntinam propius ad Rheni  
 ripam transtulit, & Herigerum antea  
 Abbatem Fuldensem Successorem ha-  
 buit.

*Mabil. Sac.* Eadem tempestate in Monasterio S.  
*V. Act. p.* Galli inter complures monachos Sancti-  
*II. Sc.* tate (\*) & eruditione celebres Notge-  
 rus Balbulus eminebat. Puer nobilibus  
 paren-

(\*) Nostra adhucdum ætate in Cœnobio San-  
 Gallensi, cujus Abbas dudum S. R. I. Principis  
 Dignitate fulget, Disciplinæ Regularis & omnis  
 eruditionis præfertim Linguae Hebraicæ studium  
 floret. Nec virorum illorum Religiosorum ze-  
 lus intra domesticos parietes limitatur, sed ex  
 aliarum etiam provinciarum Monasteriis juvenes  
 Fratres

parentibus illi monasterio oblatus sub an- Sæculum X.  
 num octingentesimum quadragesimum A. C. 912.  
 Marcellum & Isonem præceptores ha-  
 buit. Ifo natione Helvetus erat, &  
 Marcellus Scotus, id est, Hibernus, qui  
 a puero nomen *Moengal* gesserat. Ad Cœ-  
 nobium S. Galli deductus est a Marco Epi-  
 scopo, propinquo suo, qui ibi aliquam-  
 diu commoratus est. Notgerus autem  
 fuit corpore gracilis, acer ingenio, in ad-  
 versis patiens, ad omnia mitis, Discipli-  
 nam regularem laxantibus severus, sem-  
 per orans, legens, libros scribens, aut  
 docens. Quippe in Claustro inferiori-  
 bus Scholis præfectus erat. Obiit anno  
 nongentesimo duodecimo sexta Aprilis.  
 Complures Hymnos composuit, *Sequen-  
 tias* in prosa ad Missam recitandas, &  
 inter opera ipsius celeberrimum Marty-  
 rologium. Psalterium quoque in lin-  
 guam Teutonicam transtulit.

Eodem anno nongentesimo duodeci-  
 mo vigesima prima Januarii, Ludovico  
 Germaniæ Rege juvene & improli de-  
 cedente,

K 2

Fratres in Doctrina & literis instituendi illuc con-  
 fluunt, quos inter R. P. Josephus a Gondola,  
 quondam alumnus Monasterii nostri, hodie Epi-  
 scopus Tempensis Suffraganeus Paderbornensis,  
 se ibidem solida tam Benedictinæ Ascensis, quam  
 Sacræ ernditionis principia hausisse grato ani-  
 mo profiteretur.

Sæculum X. cedente, Caroli Magni posteritas in re  
A. C. 912. gno Francorum ultra Rhenum posito ex-  
 tinctæ est. Et tunc quidem, secundum  
 ordinem Successionis hæctenus nunquam  
 violatum, Carolus Simplex Rex Franco-  
 rum Orientalium æque ac Occidenta-  
 lium (\*) proclamari debebat; at vero  
 sive quod ob imbecillitatem contemneretur,  
 sive quod Austrasiæ populi incolas  
 Neustriæ veteri odio averfarentur, Re-  
 gem domi elegerunt. Ante omnes Ot-  
 tonem Ducem Saxoniam sibi deposce-  
 bant,

(\*) Hæc vera quidem; sed Deus & populus  
 Regna dispensant. Reges Franciæ ultra Rhenum  
 jam tunc forsan provincias Germaniæ, utpote  
 avitum Regnum suum, sibi vindicare jure po-  
 tuissent, quando Carlomannus sine legitima prole  
 (quippe Arnulphus illegitimo toro natus dicitur)  
 & Carolus Crassus sine liberis decesserunt. At  
 tunc obstabat Regum Franciæ Occidentalis ju-  
 ventus; nunc vero ex Caroli Magni stirpe super-  
 stes Carolus Simplex vix satis Neustriam in sua  
 potestate continebat. Denique Carolus Magnus  
 majus Imperium sibi subjecerat, & posteris reli-  
 querat, quam ut ab uno alio, quam ipso Carolo  
 Magno, regi posset. Ceterum a tempore Con-  
 radi primi Regna Francorum, ultra Rhenanum  
 seu Gallia, & cis Rhenanum seu Germania, ita  
 divisa sunt, ut exinde nullo unquam vinculo con-  
 nexa fuerint, & Regnum Germaniæ paulatim in  
 eam formam, in qua hodie consistit, transire  
 cœpit.

bant, qui senectutem suam obtendens Sæculum X.  
 suavit, ut Conradum eligerent Ducem A. C. 912.  
 Franconiæ, inimicum suum, quod eum Ditm. lib. 1.  
 crederet ad imperandum Germanis se Suppl. Reg.  
 magis idoneum. Tantus amor patriæ 911.  
 fuit. Ergo Conradus communi omnium Herm. cont.  
 consensu Rex Francorum Orientalium 912.  
 creatus septem annis regnavit.

## §. XLVII.

*Leonis Obitus. Alexander & Constantinus Imperatores.*

In Oriente Leo Philosophus jam diu al- Post. Theo.  
 vo cita laborans, ineunte Quadragesi- p. 232. n. 32.  
 ma anno 911. ita debilitatus est, ut ægre Sim. Magn.  
 pro Concione dicere potuerit, quod illo n. 26.  
 tempore Imperatores solebant. Popu-  
 lo tamen congregato Fratrem suum Ale-  
 xandrum Imperatorem pronunciavit,  
 ejusque Tutelæ filium Constantinum,  
 sexennem, quem anno superiore in Festo  
 Pentecostes coronari jusserat, commen-  
 davit. Obiit deinde Leo Imperator un-  
 decima Maji, anno 911. postquam a mor-  
 te parentis sui annis viginti quinque &  
 tribus mensibus imperasset.

Complura Scripta hujus Principis  
 nobis supersunt, præsertim Sermones in  
 variis Festis habiti, ex quibus tres prima  
 die Quadragesimæ pronunciati notan-  
 tur. Sunt vero hi Sermones Declama- Bibliol. PP.  
 tiones Sophisticæ, ex quibus magis Ora- Lugd. to. 17.  
 toris p. 22.

Sæculum X.  
A. C. 912.

p. 44.

l. 13.

Post. Theo.  
p. 233.

toris insolentia, quam pietas elucet. Et aliunde ex superius dictis scimus, quos mores Leo exhibuerit. Eidem tribuitur Epistola de materia Fidei ad Omarum Regem Saracenorum, qui ei scripserat, data. Si vero hæc epistola ab aliquo Imperatore scripta est, eam potius ex Leonis Isauri calamo fluxisse credibile est, utpote Califæ Omaro anno 717. coævi. Tandem, Leonis opus esse, dicuntur quædam Oracula (si Diis placet) adjectis figuris absurdis, ad designandas, ut putabat, Imperatorum, Successorum suorum, personas aptis. Nempe Leo errore omnibus Græcis illius ætatis communi Hariolorum & Astrologorum vanis divinationibus fidem habebat. Composuit Dissertationem de Tractica, id est, illa arte, quæ aciem in hostes moturam disponere docet, unde illud discimus, singulis diebus mane & vespere totum exercitum *Trisagion* cantasse, & pridie qua pugna instaret, omnes copias a Presbytero aqua Benedicta fuisse lustratas.

Alexander sub ipsa Regni auspiciâ, pulso e Palatio Patriarchali Euthymio, denuo in Sedem suam invexit Nicolaum Mysticum, a Leone Imperatore, cum adhuc viveret, revocatum. Convocato deinde in Palatio ad Magnauram Conventu, in quo Alexander cum Patriarcha

cha

cha Nicolao præfuit, Euthymius ex Mo-  
 nasterio Agatensi, ubi inclusus fuerat,  
 adducitur, deponitur, & illico ex Con-  
 ventu injectis manibus expellitur (\*),  
 barba evellitur, clamantibus persecuto-  
 ribus, apage usurpatorem! apage adul-  
 terum! quod ipse nihil respondens pa-  
 tientissime tulit. Tum ad Monasterium  
 Agatense remissus; ubi etiam mortem  
 oppetiit.

Sæculum X.  
 A. C. 912.

Euthymius  
 expellitur.

Ceterum Alexander Imperator vix  
 plus uno anno Imperium obtinuit, vo-  
 luptati, venationis studio, epulis, Ve-  
 neri, deditus, præstigiatorum & Syco-  
 phantarum ludibriis captus. Cum ali-  
 qua die equos in stadio decurrere jussit,  
 aulæis & candelabris Ecclesiarum ad  
 decorandum Hippodromum, Idolis hinc  
 & inde dispositis, plenum adhibuit. Quin  
 etiam his Hippodromi Simulacris sacrifi-  
 casse fertur, & aliquando ingemiscens  
 exclamasse: *Heu nos, ad hæc tempora re-*  
*servatos! quando Romani hos Deos ado-*  
*rabant, totum mundum vincebant, ipsi*  
*invicti.* Tandem cum in diebus canieu-  
 laribus ad prandium se se vino ingurgi-  
 tasset, & surrexisset, pila lusurus, subita  
 K 4 calami-

Aretas. Ev-  
 chempert.  
 ap. Bar.  
 n. 912.

(\*) Imperatores Græci potestatem sibi usur-  
 pabant in Patriarchas, quam non habebant, un-  
 de vilescente Episcoporum auctoritate etiam ve-  
 ra fides Constantinopoli salva esse non potuit.



Sæculum X.  
A. C. 912.  
calamitate correptus copiosum sanguinem per nares & ureteres ejecit, & bi-  
duo post, Dominica, septima Junii anno  
912. animam reddidit. Tunc igitur Con-  
stantinus adolescentulus septennis solus  
Imperator salutatur. Dicitur est Por-  
phyrogenitus, quod in Palatii Constan-  
tinopolitani cubiculo, Porphyrite orna-  
to, quo Imperatrices ad pariendum con-  
cedere solebant, in lucem editus fuisset.  
Constantinus annis septem sub cura Zois  
matris suæ, & septem Tutorum, quos  
ei moriens patruus Alexander dederat,  
& quorum præcipuus Nicolaus Patriar-  
cha fuit, regnavit.

*Cang. C.P.*  
*l. II. p. 120.*

## §. XLVIII.

*Epistola Nicolai Mystici.*

*tom. 9. Conc.*  
*p. 1264.*  
*Ap. Baro. to.*  
*II. Append.*  
Nicolaus ad Romanum Pontificem de-  
dit Epistolam, in qua, postquam  
quartas nuptias Leonis Imperatoris, &  
quam duram ipse persecutionem passus  
esset, retulit, de nimio Legatorum Ser-  
gii Papæ rigore conqueritur. *Cunctis*  
*videri poterat, inquit, Legatos ad hoc*  
*unicum Roma advenisse, ut nobis adver-*  
*sarentur. Verum enim vero, quandoqui-*  
*dem sibi Primatum in Ecclesia tribue-*  
*bant, eorum fuisset, in hujus causæ ad-*  
*juncta omnia diligentissime inquirere, &*  
*ad Papam deferre, non vero consentire*  
*damnantibus Patriarcham, nullius crimi-*  
*nis*

*nis reum, nisi quod incontinentiam Principis detestaretur. Nec adeo mirandi locus est, quod duo tresve viri tam facile decipi potuerint; quis vero patienter ferat, Occidentis Præsules, non cognita causa, sententiam injuste latam suo suffragio confirmasse? etenim obtendunt, ut a quibusdam accipio, dispensatum fuisse. Quasi vero per dispensationem Canones violare & Principum lasciviam approbare liceret. (\*) Dispensatio, nisi fallor, Dei Misericordiam imitatur, & Peccatori surgere volenti manum porrigit, nunquam autem indulget, ut in peccato, quod admisit, perseveret. Forsan quis dicat, de Matrimonio hic agi, non de fornicatione. Ain vero Matrimonium, libidinosam commixtionem cum quarta muliere? Cur ergo Canones ab Ecclesiae Communionem repellunt hujusmodi culpæ reos? cur conjunctionem istam vocant pruritum belluinum, & modestiæ humanæ limites excedentem? Attamen ita fit apud Romanos. Saltem sic audio, sed nescio an majori laude vel probro vestro. Dicunt enim, apud vos viro licentiam fieri,*

K 5 ut

(\*) Fallebatur Nicolaus; cum nullum ex-  
 tet præceptum Divinum, nec etiam Canonicum  
 saltem in tota Ecclesia receptum. Legatur Car-  
 dinalis Gotti in Theol. specul. tom. 3. fol. 559.  
 & 60.

Sæculum X. *ut quartæ, quintæ, sextæ mulieri sine*  
A. C. 912. *termino usque ad tumulum conjungatur,*  
 1. Cor. 7. 9. *vosque tantam dissolutionem verbis Apo-*  
*stoli excusare velle; melius esse nubere*  
*quam uri. Sed non attenditis, quod di-*  
*serte solis feminis (\*) secundas nuptias*  
*ob sexus fragilitatem indulgeat.*

Tum Nicolaus adducit Textum S. Cle-  
 mentis Papæ, quartas nuptias damnantis. Sed eum ex Opere apocrypho  
 hausit.

Probat deinde, Principes nullo gau-  
 dere privilegio, nec a peccato magis quam  
 privatum quemque eximi, & subjungit:  
*Hæc tamen scribens nolo te impellere ad*  
*damnandam Imperatoris vel Antecessoris*  
*tui Sergii memoriam. Nam ambo ex*  
*hoc mundo egressi Supremi Judicis vul-*  
*tum subierunt. At Imperator, prius-*  
*quam ex hac vita discederet, agnovit er-*  
*rorem, deflevit culpam largiter fundens*  
*lacrymas, veniam delicti a Deo petiit, me-*  
*potissimum exhortante & preces præeun-*  
*te. Aderam enim morienti, postquam*  
*me ab exilio revocatum, Ecclesiæ meæ red-*  
*diderat. Illi vero supersunt, sancte Pa-*  
*ter, illi merito a te castigandi sunt, qui*  
*sparsis calumniis Ecclesiam nostram tur-*  
*barunt,*

(\*) Ratio, quam S. Apostolus dat, est uni-  
 versalis; *Melius est nubere, quam uri.* Male  
 igitur, exclusis viris ad solas feminas trahitur.

barunt, & me ipsum de Sede mea dejece-  
runt. Tuū officii est hoc perficere, hoc  
Dignitas tua, hoc Sedis Romanæ honor  
postulat. Id ipsum Imperator, qui bodie  
rerum potitur, a te expectat, Palatii sui  
Magistro ad te misso. Id ipsum ut fa-  
cias, nos omnes obtestamur. (\*)

## §. XLIX.

*Summi Pontifices.*

Ex hac Epistola dispicimus, Sergium III.  
Papam jam tunc fati functum fuis-  
se; unde conjectura est, eam datam  
fuisse ad Sergii III. Successorem, Ana-  
stasium III. Romanum, Luciani filium,  
qui a mansuetudine, qua subditos rexit,  
commendatur. Sedit autem non plus  
annis duobus & duobus ferme mensibus.  
Successit Anastasio Lando, quem, cum  
sex mensibus & diebus duobus sedisset,  
in Sacra Sede secutus est Joannes X.  
Theodoræ junioris, quæ Marozix Soror  
erat, auctoritate & potentia electus.  
Joannes X. antea Clericus Ravennas, a  
Petro illius civitatis Archiepiscopo saepe  
Romam

Sæculum X.  
A. C. 912.

Papebr.

Flod. vers.  
p. 607.

Luitpr. II.  
c. 13.

(\*) Nicolaus eo ipso, quod obtestetur,  
S. Patrem, Romanum Pontificem, ut calumnia-  
tores suos & perturbatores Ecclesiæ Constan-  
tinopolitanæ castiget, Primatum Ecclesiæ Roma-  
næ atque ejusdem in Sedem Constantinopoli-  
tanam Auctoritatem profitetur.

Sæculum X.  
A. C. 912.

Romam ad Pontificem negotiorum causa missus fuerat, quem, cum esset formosissimus, Theodora deperiit, & ad stupri consuetudinem pellexit. Inter hæc Episcopo Bononiensi mortuo, ei Joannes sufficitur, sed priusquam consecraretur, Petro quoque Archiepiscopo Ravennate e vivis erepto, is persuadente Theodora Bononiensi Ecclesiæ valedixit, & Archiepiscopus Ravennas a Landone Papa ordinatus est. En vero, Landone paulo post vita functo, Theodora impatienter ferens, quod rarissime dilecto suo frui posset, si Episcopus esset Ravennæ, ducentis millibus Roma distantis, non repugnanti persuasit, ut eam quoque Sedem dimitteret, effecitque, ut Papa eligeretur, & ordinaretur. (\*)

vers. Flod.  
p. 607.

Joannes

(\*) Non inepte Palatius in Joanne X. Ecclesiam terræ comparavit, cum Lemmate: *In æternum stat. Et adjecit: Terra quæ pondere librata sui stat, nulloque movetur impulsu, Ecclesiam comparamus, quæ criminibus Pseudo-Pontificum non concutitur.* Tum in Elogio:

Fasti sunt hi non Joan. X. Rom. Pont.  
Sed Nefasti Theodoræ impudicissimæ Lupæ,  
Quæ Lupam premebat Romanam,  
Ea Ecclesiæ calamitas,  
Ut Pellices misceantur & Martyres! &c.

Joannes X. Sacram Sedem paulo plus annis quatuordecim obtinuit.

Sæculum X.  
A.C. 915.

Sub Pontificatus initium a duobus fratribus Landulfo & Atenulfo, Capuæ Principibus, invitatus, ad armorum societatem, & depellendos Saracenos ab illa statione, quam ad Garilianum occupabant, Joannes cum copiis, Alberico Marchione Duce, & auxiliariis Constantinopoli in Italiam transmissis, illuc movit. Profligati sunt Saraceni & ex illis regionibus ejecti, mense Augusto, anno nongentesimo decimo quinto, Indictione tertia.

Chr. Cass.  
c. 52.  
Luitpr. II.  
c. 14.

Ad hanc victoriam Berengarius quidquam contulisse creditur. Illud vero constat, quod mense Septembri anno nongentesimo decimo sexto a Joanne X. Papa Imperator secundo coronatus fuerit, quamvis eum jam olim Stephanus VII. coronasset. Sed primam Coronationem Joannes IX. nullam declaraverat.

S. L.

*Joannes Abbas Cassinensis.*

Monachi Cassinenses adhucdum extra suum Monasterium degebant, nec tamen illius reparandi curam penitus abjiciebant. Post obitum S. Bertarii, quocum Teanum confugerant, Abbatem habuerunt Ragemprandum, tum Leonem, qui muros Cassinensis Monasterii a Sa-

a Sa-

Sæculum X. a Saracenis incensos & destructos restau-  
A. C. 915. rare cœpit, a Joanne deinde ejus Suc-  
 cessore ad justum fastigium eductos.  
 Joannes e familia nobili Capuana ortus,  
 & Principum agnatus tunc Archidiaconi  
 Chron. Cass. Capuani Dignitate gaudens, pietate &  
 castissimis moribus fulgebat. Postquam  
 igitur Congregatio Teanensis aliquam-  
 diu nullum habuisset Præpositum, quod  
 nemo idoneus reperiretur, qui eam re-  
 geret, Principes Capuani Landulfus &  
 Atenulfus Joannem Archidiaconum ro-  
 gant flagitantque, ut orbatae familiae re-  
 gimen in se susciperet. Annuat tandem  
 Joannes, & ipse Monachum induit. Nam-  
 que ita usus ferebat, ut si Abbas Sæcu-  
 laris eligeretur, ante omnia ipse Mona-  
 chorum institutum amplecteretur. Ita-  
 que Joannes communi Congregationis  
 consensu eligitur & a Joanne Papa X.  
 solemniter benedicitur. Tunc vero  
 fratres monere & exhortari cœpit, ut  
 relicto Teano Capuam se conferrent, quæ  
 civitas illius provinciæ validissima esset,  
 & tanquam Principum Sedes tutior. Il-  
 lis Patris monitis obsecundantibus Joan-  
 nes tam propinquorum, quam amicorum  
 fultus subsidiis insignem Ecclesiam in ho-  
 norem S. Patris Benedicti, Monasterium,  
 ædesque Officii Monasterii congruentes  
 a fundamentis erexit, ibique Mona-  
 chos

chos amplius quinquaginta congrega-  
vit. (\*)

Sæculum X.  
A. C. 915.

§. LI.

*Normanni convertuntur.*

**H**eriveus Archiepiscopus Remensis  
Joannem Papam circa quæstiones  
ad pœnitentiam pertinentibus, postquam  
Normanni ad fidem fuissent conversi,  
consuluit. Quippe illa Gens annorum  
ferme septuaginta spatio Franciam de-  
populata tandem sedem in ea fixit, &  
Christiana Sacra recepit.

Rex

(\*) Fleurius non satis clare hæc narrat; nec  
apparet, in quo Monasterio, an in Cassinensi  
vel Capuano Joannes Abbas fuerit, vel an utri-  
que præfuerit. Aliquam lucem affundit, quod  
legitur in Annalibus Bened. anno 915. p. 326.  
*Non tamen Casini curam abiecit Joannes, im-  
mo post ejus renovationem, varia ipsi ornamen-  
ta contulit, totiusque Abbatie præceptorum  
confirmationem a Principibus obtinuit. Paulo  
autem superius legitur: Hoc Monasterium (Ca-  
puanum) post varios casus, quos in consequen-  
tibus referemus, tandem Patribus Societatis  
Jesu cessit, concessa a Clemente VIII. Abba-  
tia Cardinali Bellarmino, qui Canonicos loco  
Monachorum istuc inductos, alio transtulit, an-  
nuente Paulo quinto, ac suæ Societatis Pa-  
tres istuc introduxit.*



Sæculum X.

A. C. 915.

*Dudo lib. 2.*

p. 79.

Rex Carolus simplex, pensato, quod non modo barbaros e regno suo pellere non posset, sed ne quidem irruentibus resistere, Proceribus ad consilium vocatis statuit pacis condiciones ponere. Igitur missio ad Rollonem eorum Ducem Francone Archiepiscopo Rotomagensi, hanc enim civitatem & totam circa regionem tenebant, trium mensium inducias petiit, quod Barbarus concessit. At cum ultima dies præterisset, Franci, instigantibus Richardo Duce Burgundiae & Eblesio Comite Pictaviensi iterum Normannos hostiliter laceffunt. Qua re ad iracundiam provocatus Rollo bellum restaurat & usque in Burgundiam penetrat. Monasterio tamen S. Benedicti ad Ligerim pepercit. In reditu, cum Carnutum obsideret, Antelmus illius civitatis Episcopus Francorum & Burgundionum armis adjutus inter medias equitum turmas, vestibus, quibus Sacerdotes ad Missam celebrandam indui solebant, ornatus, atque manibus suis tunicam seu indusium S. Virginis ferens hostibus obviam processit. Repulsis barbaris felix eventus Reliquiis illis in acceptis relatus est.

*Vill. Gemm.*  
*l. II. c. 15.*

Tandem Franci dolentes, patriam continuis belli turbinibus everti, Regem Carolum ad pacis consilia compellunt. Misit igitur secundo ad Rollonem Franconem

conem Archiepiscopum, qui in Barbari Sæculum X.  
 conspectum admissus, *an nunquam, in-* A. C. 915.  
*quit, generosum animum tuum, Magne*  
*Princeps, bellandi tædium subeat? An*  
*arma, quamdiu vives, quaties? quin a-*  
*liquando te esse mortalem cogitas, &*  
*existere Deum, cujus judicium post hanc*  
*vitam experturus es? si Christo nomen*  
*dare velis, nunc pacem & post fata*  
*salutem invenies. Rex Carolus totam*  
*oram maritimam, a te & Hastingsio de-*  
*wastatam, tibi dabit, & ad confirman-*  
*dam amicitiam filiam suam Gisellam*  
*uxorem tradet.*

Rollo convocatis suorum præcipuis  
 consilia exquirat, cunctisque suadentibus,  
 ut conditiones acciperet, iterum indu-  
 ciæ in tertium mensem promittuntur, quo  
 temporis spatio congregarentur Reges  
 de fœderibus acturi.

Ad colloquium convenere ad S. Cla-  
 rum in ripa Eptenæ amnis, cui Robertus  
 Francorum Dux, qui se ad Rollonem e  
 fonte Baptismi levandum obtulerat, cum  
 Rege interfuit. Placuerunt conditiones,  
 & Rex Rolloni totam regionem, exinde  
 Normanniam dictam, in Feudum prima-  
 rium, & Britanniam in secundarium, (\*)  
 filiam-

(\*) Feudum primum illud accipitur, ubi  
 Vasallus ipsi Regi fidem jurat; Secundarium est,  
 quod Vasallus tertio conferre potest.

Sæculum X. filiamque suam in matrimonium conce-  
 A. C. 915. sit. Rollo autem, Christianum se futu-  
 rum & pacem cum Francis servaturum  
 Rollo bapti- promisit. Implevit vero postea, quod  
 zatur. debebat, namque Franco Archiepisco-  
 pus Christianæ fidei Rudimenta edoctum  
 anno 912. baptizavit, ipsumque Dux Ro-  
 bertus e sancto lavacro levavit, nomen  
 suum imposuit, & multis donis cumula-  
 vit.

Robertus deinde Normanniæ (ita  
 quippe post Baptismum vocabatur) Co-  
 mitibus quoque suis, Ordinis Equestris  
 viris, totoque exercitu, in fide eruditis  
 & baptizatis, ex Francone Archiepisco-  
 po quæsit, quænam Tempia in nova  
 sua Ditione essent incolarum Religione  
 præ ceteris culta & qui Sancti poten-  
 tissimi Patroni & Defensores haberen-  
 tur, responditque Archiepiscopus: *Ec-  
 clesia Rotomagensis, Bajocensis, Eburovi-  
 censis, Sanctæ Virgini dedicata sunt.  
 Stat Ecclesia Sancto Michaeli Sacra in  
 monte, e medio mari eminente. In sub-  
 urbio nostro est Monasterium S. Petri,  
 in quo corpus S. Oweni quiescebat, sed  
 armorum tuorum terror incolas ad illud  
 in Franciam transferendum compulit.  
 Juniomagi quoque S. Petrus colitur. Hac  
 sunt præcipua in regno tuo templa. In  
 provinciis vero vicinis, subjecit Rober-  
 tus, quis inter Sanctos potentissimus cre-  
 ditur?*

*ditur?* Respondit Franco: *Is est S. Dionysius.* Et iterum Robertus: *Priusquam prædia regni mei Vasallis dividam, aliquam eorum partem Deo, S. Mariæ, & bis Sanctis, quo eorum patrocinium & tutelam mihi conciliem, donabo.* Igitur prima, accepto Baptismo, Hebdomada, adhucdum alba veste indutus, qualibet die singulis his septem Ecclesiis, eo ordine, quo a nobis memoratæ sunt, singula prædia adscripsit.

Sæculum X.  
A. C. 915.

Porro die octava, deposita tunica baptismali, agros Comitibus suis ceterisque Vasallis dividere cœpit, eoque negotio perfecto, nuptias cum Gisella Regis filia publice celebravit. Nullos autem ex ea suscepit liberos, sed cum ad gravem senectutem jam tunc vixisset, annis non plus quinque superstes fuit. Hos ille ad refarcienda bellorum superiorum damna impendit, Leges utiles tulit, Justitiam sancte observari curavit. Furta & latrocinia magno rigore represit, complures Ecclesias reparavit, atque sub tanto Principe Religio in tota Normannia refloruit.

Cum vero huic genti nullum tempus ad deliberandum datum fuisset, & ratio status Reipublicæ conversioni ad fidem occasionem præbuisset, mirum plane non est, apud multos sinceritatem abfuisse. Quamobrem cum Heriveus Archiepiscopus

Sæculum X.  
A. C. 915.

to. 9. Conc.  
p. 483.  
Flod. IV.  
c. 14.

copus Remensis Joannem Papam in hac  
causa consulisset, (\*) ille Responsum  
Sacra Sede non indignum reddidit. Nec  
putandum, Normannos omnes in illa  
provincia, quæ Normannia primulum  
dicebatur, extitisse, nam in aliis quoque  
regionibus, præsertim Remensi, quæ Ro-  
tomagensi contermina est, ad eos con-  
vertendos Heriveus egregiam operam  
contulit. Igitur in illa Epistola dicit Pa-  
pa, maximo lætitiæ sensu se percepisse,  
quod Normannorum Natio fidem susce-  
pisset. *Quod vero, inquit, ad illam que-  
stionem spectat, quid de illis decernendum  
sit, qui baptizati, & rebaptizati, post  
Baptismum more Paganorum vitam du-  
xerunt, cum Paganis Christianos, & Sa-  
cerdotes interfecerunt, Idolis sacrificia-  
runt, Idolothyta manducarunt, hæc pen-  
sanda esse censemus: si talia veteres  
Christiani facerent, secundum Canones  
judicandi essent, sed quia Neophyti sunt,  
tibi id decernendum relinquimus, tibi  
inquam, cui vicinæ gentis indoles & mo-  
res magis perspecti sunt. Ceterum satis  
intelligis, homines istos secundum anti-  
quum rigorem castigare non posse, ne  
jugum*

(\*) Ex his & compluribus aliis conjicitur,  
Joannis Papæ flagitiosum cum Theodora com-  
mercium, si Scriptores harum rerum nihil ex-  
aggerarunt, fuisse occultum.

jugum Evangelii, cui ferendo necdum Sæculum X.  
 adsueverunt, ipsis intolerabile videatur, A. C. 915.  
 & ad Deorum cultum revertantur. E-  
 tenim, si qui Canonicae pœnitentiæ col-  
 lum subicere velint, ab isto rigore exi-  
 mendi non sunt. In omnibus unice Sa-  
 lutem animarum quæras, ut cum S. Re-  
 migio ad gaudia æterna pervenias. Mu-  
 nus vero tuum, pari quo misisti affectu,  
 recepimus.

§. LII.

Quæstio de Hungaris.

**H**ungaris omnia devastantibus & bar-  
 bare sævientibus rumor in plebe in-  
 crebuerat, hanc gentem esse Gog & Ma-  
 gog, illam nempe perniciem ab Ezechie-  
 le Propheta & in Apocalypsi prædictam.  
 Unde cum Wicfridus Episcopus Virdu-  
 nensis hæc super re Abbatem cujusdam Tom. XII.  
 Monasterii S. Germani in alia regione Spicil. p. 349  
 positi consulisset, respondit ille in hunc  
 modum: *Frivola est hæc opinio, atque* Ezech. 38. 8.  
*a veritate procul remota. Dicunt, im-*  
*minere jam mundi finem, & idcirco*  
*GOG & MAGOG, quos ab Aquilone*  
*in novissimo anno venturos, literis pro-*  
*ditum habemus, Hungaros esse, de qui-*  
*bus antea nihil unquam auditum, &*  
*qui nuper in lucem emerfissent. Sed*  
*caute nobis considerandum, quæ natio-*  
*nes aliæ cum ista venturæ in Scriptu-*

Sæculum X. *ra dicantur; videlicet, MOSOCH &*  
 A.C. 915. *TUBAL, Persæ, Lybii, GOMER &*  
 Ezech. 38. *THOGORMA. Si enim Hungari sub*  
 2. & 5. *nominibus GOG & MAGOG acci-*  
*piendi sunt; ubi ceteræ hærent natio-*  
*nes, quæ cum ipsis venturæ sunt? Nam*  
*MOSOCH sunt Cappadoces secundum*  
*Josephum, TUBAL, sunt Iberi aut*  
*Hispani, vel secundum Hebræos Itali*  
*Persæ & Libii seu Æthiopes gentes*  
*sunt notissimæ, GOMER sunt Galata*  
*seu Gallo-Græci, THOGORMA Pby-*  
*ges. An cum Hungaris hi populi in-*  
*currere conspiciuntur, quorum ne qui-*  
*dem nomina novimus? quod vero dicantur*  
*arcu & sagitta esse armati; om-*  
*nes prope Gentes ad Orientem vel Me-*  
*ridiem habitantes bis armis utuntur.*

*Judæi & non nulli Christiani judai-*  
*zantes dicunt, GOG & MAGOG esse*  
*populos Scythiæ crudeles & innumerabi-*  
*les, quorum regiones ultra Caucasum*  
*montem & paludem Mæoticam prope*  
*mare Caspium usque ad Indos protende-*  
*rentur, atque Diabolum exacta mille*  
*annorum periodo eosdem impulsurum, ut*  
*veniant in terram ISRAEL, &, cum*  
*pluribus aliis nationibus, adversus San-*  
*ctos Regnum statuant. Ad stabiliendam*  
 Apocal. 20. 7. *vero hanc suam opinionem adducunt lo-*  
*cum ex Apocalypsi: & cum consumma-*  
*ti fuerint mille anni, solvetur Satanus*  
 de

de carcere suo, & exhibit, & seducet Sæculum X.  
A. C. 915.  
 Gentes, quæ sunt super quatuor angulos  
 terræ, Gog, & Magog, & reliqua.  
 Cum vero hic liber Titulum præferat,  
 Apocalypsis, id est, Revelatio, quis du-  
 bitet, hoc Vaticinium esse Mysticum,  
 & explicationem esse necessariam? Er-  
 go vocabula GOG & MAGOG de  
 nationibus corporeis non sunt accipien-  
 da, sed significant persecutionem imma-  
 nem, quam Fidelibus inferunt Hæreti-  
 ci; hi enim Dæmone instigante Civita-  
 tem Dei, id est, Ecclesiam ex latebris  
 & antris suis (\*) erumpentes oppugna-  
 runt. GOG dicitur fastigium seu te-  
 ctum, id est, Hæresiarcharum superbia,  
 & MAGOG, quod fastigio paulo infe-  
 rius est, scilicet Hæresiarcharum Se-  
 L 4 Etato

(\*) Nulla Doctrina, Romano-Catholicæ ad-  
 versa, claros unquam natales habuit, aut habere  
 potuit, sed ex tenebris obstetricante diabolo  
 in lucem exiit. Nullibi Arii ante Arium in Ec-  
 clesia Doctrina exstitit, quam deinde, sicut &  
 subsequentes Novatores, in S. Scriptura conti-  
 neri, frustra contendit. Nulla Doctrina Nesto-  
 rii, nulla Eutythis, nulla Lutheri, nulla Calvini,  
 ante auctorem suum fuit, sed subito ex tene-  
 bris erupit; nemo enim unquam demonstrare  
 potuit, quo tempore, quo loco in Ecclesia Do-  
 ctrina a Fide Romana aliena tanquam vera &  
 orthodoxa habita fuerit.



Sæculum X.  
A. C. 915.  
*Elatores. Ut vero ad Hungaros nostra oratio redeat, in nullo Historiarum Scriptore portentosæ nationis nomen nos legisse meminimus, etiamsi nulla vel hujus Continentis Regio, vel Insula Romanorum armis inaccessa extiterit. Nisi dicamus, hunc populum, cum pluribus aliis, post longam temporum seriem nomen mutasse.*

p. 356.

Præter hanc Epistolam occurrit alia, quæ eundem auctorem habere creditur, & scripta est de illa quæstione: Quare modo (nempe hujus Scriptoris ætate) nullæ Ecclesiæ honori Sanctorum virorum veteris Testamenti, sicut novi, dedicarentur. Et respondet; *Ideo id non fit, quod admodum difficile sit vel omnino impossibile, eorum Reliquias invenire, sine quibus templa ædificari aut consecrari non solent. Ut nihil dicam, quod dies eorum mortis aut martyrii ignoremus.*

## §. LIII.

*Ecclesia Germanicæ.*

**N**ulla terra magis, quam Germania, Hungarorum incurribus patebat. Anno 912. Franconiam & Thuringiam nemine obsistente expilarunt. Anno sequente, cum Allemanniam, id est, provincias ad superiorem Rheni tractum positas depopularentur, permulti ad Oceanum

*Suppl. Regin.**Herm. Chr.*

num annum a fœderatis Allemannis Ba-  
 varisque cæsi sunt. Anno 915. totam  
 Allemanniam igne ferroque vastarunt,  
 Thuringiam & Saxoniam incursionibus  
 vexarunt, & anno 916. usque ad Mona-  
 sterium Fuldense pervenerunt. Anno  
 vero sequente per Allemanniæ & Alsa-  
 tiæ agros usque in Lotharingiam pene-  
 trarunt.

Sæculum X.  
 A.C. 916.

Bremæ Hungari Ecclesias incende-  
 runt, Sacerdotes cornua Altaris ample-  
 xos mactarunt, Clericos populo permix-  
 tos in captivitatem abstraxerunt. Cum  
 vero etiam Cruces confringerent, Chri-  
 stianorum Religioni illudentes, derepen-  
 te exorta tempestas horrida titiones a  
 tectis Ecclesiarum semi combustarum a-  
 vulsos in barbarorum capita tanto im-  
 petu effudit, ut se se in præterfluentem  
 præcipitarent, aut in vindices civium  
 manus inciderent. Quod non sine mi-  
 raculo factum cuncti crediderunt. Ho-  
 gerio in Sede Bremensi successit Renuar-  
 dus, quo, cum non integro anno sedis-  
 set, anno 616. defuncto, suffectus est Un-  
 nius, qui huic Ecclesiæ annis octode-  
 cim præfuit. Narrant, Renuardo mor-  
 tuo, a Clericis populoque Episcopum e-  
 lectum fuisse Leidradum tunc Ecclesiæ  
 Remensis Præpositum, qui ad Regiam  
 profectus, ut Electionis suæ confirma-  
 tionem obtineret, secum Unnium tan-

Adam. c. 46.

c. 47.

L 5 quam

Sæculum X. A. C. 918. quam suum Capellanum illuc deduxisset; at Regem Conradum, Leidradi corporis forma, quam habebat eximiam, spreta, Unnio exiguæ staturæ viro post Leidradum stanti Baculum pastorem tradidisse. Pallium deinde a Joanne X. Papa accepit, & ob singularem virtutem Conrado Regi carus, atque Henrico Successori ejus magno in pretio fuit.

Ecclesia Daniæ illa tempestate dire affligebatur a Rege Gurmio, viro crudeli, qui, Religionem Christianam in suo regno abolere aggressus, Presbyteros ejecit, & complures tormentis fractos necavit.

*Aff. Sæc. V.* *Ben. p. 25.* Sub idem tempus ad Superos evolavit S. Ratbodus Episcopus Ultrajectensis, Ecclesiæ in Germania singulare Decus. Ita eum in lucem editum appellavit mater sua de nomine Ratbodi Frisæ Ducis, quem proavum ipsa habuerat, & adolescentem deinde Gunthario Archiepiscopo Coloniensi instituendum commisit. Sed adversa hujus Præsulis fortuna juvenem Ratbodem coegit, ipso relicto, in Regia Caroli Calvi & postea Ludovici Balbi versari, non eo consilio, ut splendidam fortunam perageret, sed bonis literis imbueretur, quæ in Palatio docebantur, Magistro Mannone Philosopho, quem deinde ad Monasterium

S. Ratbodus. S. Claudii se recepisse credunt. Inter Man-

nonis Discipulos effulgent Stephanus, Sæculum X.  
A. C. 918.  
postea Episcopus Tungrensis, Mancion  
Catalaunensis, & Ratbodus noster, illis  
junior, qui anno octingentesimo nona-  
gesimo nono a Clericis & populo, Rege  
Arnulpho approbante, postquam diu re-  
pugnasset, Episcopus Ultrajectensis ele-  
ctus, & invitus ordinatus est. Illico vi-  
tam Monasticam assumpto habitu ample-  
xus est, secutus exempla S. Willebror-  
di & S. Bonifacii Antecessorum suorum,  
quorum præcipue virtutes imitari con-  
stituerat. Non solum carnibus non ve-  
scebatur, verum etiam duobus tribusve  
diebus jejunium protrahebat.

Civitate Ultrajectensi a Danis seu  
Normannis vastata, Ratbodus sæpe Da-  
ventriæ commorabatur, cumque Frisiam  
inde peragraret, ut Idololatriæ radices  
omnino evelleret, pio conatui obsiste-  
bant barbari. Ipse reluctantes ad con-  
versionem exhortatus, tandem contuma-  
ces, & sibi mortem minitantes anathe-  
mate percutit. Et ecce! peste corre-  
pti ferme omnes interierunt. Plura mi-  
racula patrasse & dono Prophetiæ præ-  
ditus fuisse dicitur. A Rege invitatus,  
ut ad eum veniret, opera ipsius in rebus  
necessariis usuro respondebat, non oportere  
Episcopum negotiis Sæcularibus im-  
plicari, sed tantum pro Rege populoque  
orare & animas Fidelium ad æternam salu-  
tem

Sæculum X. tem perducere. Nec ab isto proposito  
A. C. 919. ulla ratione dimoveri potuit. Exem-  
 plum profecto, illa præsertim ætate, ra-  
 rum! S. Ratbodus circa annum 918. 29.  
 Nov. sanctissime vitam clausit.

*Ditmar. l. I.* Anno sequente cum Rex Conradus  
*Reg. Suppl.* moriturum se præsentiret, Eberhardo  
 919. fratri suo & præcipuis Germaniæ proce-  
 ribus ad se accersitis, suavit, ut Regem  
 eligerent Henricum Ottonis Ducis Sa-  
 xoniæ filium, ad regnum præ ceteris i-  
 doneum. Ceterum generosi pectoris  
 indicium id erat, quippe inter Conra-  
 dum & Henricum hunc graves interces-  
 serant inimicitia. Ita nempe Conra-  
 dus beneficium ab Ottone acceptum  
 reddidit. Obiit deinde 19. Octobr. an-  
 no 919. Regni sui octavo, ejusque cor-  
 pus in Abbatia Fuldensi conditum. Hen-  
 ricus Rex unanimi omnium consensu sa-  
 lutatus, Herigero Archiepiscopo Mogun-  
 tino ipsum Sacro oleo, more Anteces-  
 sorum suorum, ungere volenti, ne fa-  
 ceret, prohibuit, dicens, se tanto hono-  
 re esse indignum. (\*) Imperavit vero  
 annis

Henricus  
 Auceps.

(\*) Ad hunc locum in Cardinale Baronio  
 istud legitur: Porro ipsam (unctionem) non  
 sine damno ab eo prætermittam divinitus osten-  
 sum est S. Udalrico Augustano Episcopo per  
 visum, cum ei ab Apostolo Petro ad id signi-  
 ficant-

annis octodecim Henricus, cognomen- Sæculum X.  
to Auceps, in Germaniæ fastis celeberrimus. A. C. 919.

Antequam ad Imperium vocaretur *Ditm. l. 2.*

Henricus, vivente patre, conjugem acceperat viduam, nomine Hatheburgam, specie eximiam & opulentam, sed quæ Religionis velum assumpserat. Monuit errantem Sigismundus Episcopus Halberstadiensis, in cujus Diœcesi degebat, vetuit, ne deinceps hanc mulierem uxoris loco haberet, & utrumque ad Synodum venire iussit. Et tunc quidem Henricus, interposita auctoritate Imperatoris (\*) regnantis effecit, ut Episcopi sententia suspenderetur; sed Rex postea electus

*ficandum ostensi sunt duo gladii, alter cum capulo, sine capulo alter, distansque ab eo ipsi: Dic Henrico Regi, ensis ille, qui sine capulo est, significat Regem, qui sine Benedictione Pontificali regnum tenebit; capulatus autem, qui Benedictione divina regni tenebit gubernaculo.*

(\*) Dubia fide hæc niti videntur, nisi forte nomine Imperatoris Conradus accipiendus sit. Nam Berengarii nulla erat in Germania auctoritas, & Ditmarus aliqua se solum audivisse fatetur, cum scribit: *Audivi, quod hic Henricus Romam causa orationis petens plus pedibus quam equo laboraret, Et a multis interrogatus cur sic ageret, culpam profiteretur. Bar. ad hunc an.*

Sæculum IX. electus nullas (\*) esse has nuptias agno-  
 A.C. 919. vit, & Mathildem, a Magno Witikindo  
 genus ducentem, in tori consortem de-  
 legit. Sigismundo Episcopo nemo illa  
 ætate Germanis majori in pretio erat,  
 quem Divinæ humanæque scientiæ, sum-  
 mum ingenium, pietas & zelus Sacer-  
 dotalis commendabant. Obiit anno  
 nongentesimo vigesimo tertio, Henrici  
 imperantis quinto, post susceptum Epis-  
 copatum trigesimo.

## §. LIV.

*Ecclesia Hispanica.*

In Hispania Rex García, qui anno 910.  
 Alphonso Magno successerat, Regnum  
 non ultra annos tres tenuit, obiitque  
 anno 914. Successit García frater Or-  
 dognus II. jam enim prius in Gallæcia  
 Sampir. 63. rerum potiebatur, & Sedem Regiam tran-  
 64. stulit Legionem, antiquam Romanorum  
 Coloniam, & Civitatem Episcopalem,  
 cujus Ecclesia Cathedralis SS. Petro &  
 Paulo Sacra erat; quam ut Augustiorem  
 redderet, Rex Ordognus tres eidem æ-  
 des donavit, quondam sub Paganis Ther-  
 mas,

(\*) Istud omnino exploratum. Unde con-  
 funditur Lutheri protervia, qui Doctrinam, &  
 Disciplinam, in Saxonia sicut in tota Ecclesia  
 tot Sæculis receptam, inaudita temeritate viola-  
 re ausus est.

mas, & deinde sub Christianis Regum Sæculum X.  
 Palatia. Ergo Fronimium Episcopum A. C. 919.  
 illuc Sedem suam transferre, atque præ-  
 sentibus illius provinciæ Episcopis dedi-  
 cationem solemnî ritu peragi jussit. Au-  
 ri argentique ex ærario suo vim magnam  
 ad exornandum Altare liberaliter con-  
 tulit, compluresque alias Ecclesias & fun-  
 dos, ad Regale dominium pertinentes  
 huic Sedi Cathedrali donavit. Exinde  
 Principes in illa Hispaniæ parte imperan-  
 tes, Reges Legionis dicti sunt.

Ordogno regnante Joannes X. Papa  
 misso Compostellam Legato, qui suo no-  
 mine S. Jacobi corpus veneraretur, lite-  
 ras quoque deferendas commisit, ad Si-  
 senandum Episcopum datas, quibus con-  
 tinuas preces ad S. Apostoli tumulum  
 pro Pontifice fundere rogabatur. Hac  
 occasione, cum Episcopus quemdam  
 Presbyterum cum responsoriis literis Ro-  
 mam mitteret, eidem Rex Ordognus E-  
 pistolas suas & munera pretiosa Papæ  
 reddenda tradidit. Presbyter hic Lega-  
 tus Romæ honorifice exceptus & libe-  
 raliter habitus uno anno ibi versatus est,  
 quo temporis spatium cum Romanis de  
 Ritu Mozarabico, qui in Hispania vige-  
 bat, disputavit. Is complures libros Ro-  
 ma domum retulit & de omnibus, quæ  
 viderat & didicerat, Sisenando Episcopo  
 rationem reddidit. Cunctis deinde in  
 Synodo



Sæculum X. Synodo ab Episcopis Hispaniæ mature  
 A. C. 919. pensatis, eis visum est, nihil in suo Ritu  
 reperiri, quod Fidei Catholicæ adverfa-  
 retur; id solum statuerunt, se ritum Ro-  
 manorum, quantum ad verba Consecra-  
 tionis pertineret, sequi velle. Sisenan-  
 dus Episcopus haud diu post senio con-  
 summatum anno 920. vita functus & dein-  
 de Sanctis adscriptus.

*Boll. 25.  
 Maj. tom.  
 17. p. 94.*

*Mabill. Sæc.  
 V. art. 32.*

*Sup. Lib.  
 XXXIX.  
 §. 32.*

Sub idem tempus obiit S. Genna-  
 dius Episcopus Asturigenis, olim Abbas  
 Vergidensis, seu S. Petri de montibus,  
 anno octingentesimo nonagesimo nono,  
 a Ranulpho Episcopo Asturigeni ordina-  
 tus. Hoc autem illud est Monasterium,  
 quod S. Fructuosus Bracarenis in suo pa-  
 trimonio circa medium Sæculi septimi  
 fundaverat, postea usque adeo negle-  
 ctum, ut locus ille in solitudinem abie-  
 rit. Gennadius cum monachis suis agros  
 desertos colere cœpit, muros restauravit,  
 vineas, & arbores fructiferas plantavit,  
 effecitque, ut ibi habitantibus Fratribus  
 omnia necessaria suppeterent. Ranulfo  
 deinde successit in Sede Asturigeni re-  
 gnante Alphonso Magno. Tum anno  
 915. Æra 953. Testamentum condidit,  
 ex quo cognoscimus, quod complura Mo-  
 nasteria a Saracenis destructa reparaverit,  
 introducta S. Benedicti Regula. Porro  
 plura etiam Monasteria iisdem libris sibi  
 communibus utebantur, quos per vices  
 sibi

fibi commodabant, ea conditione, ut ad illud Monasterium, cui donati fuerant, pertinerent. Codices vero in hoc Testamento nominantur sequentes: Psalterium, Comes, seu Liber Comitis, † Antiphonarium, Manuale Orationum, & † Liber qui Comes vocabatur. Passionum, id est, Acta Martyrum. Et memorati quidem libri, in singulis Monasteriis reperiebantur; at, quos mutuos sibi dabant, erant Bibliotheca, id est, Biblia integra, Libri morales in Job, Pentateuchum cum historia Ruth in uno volumine, Vitæ Patrum, Libri morales in Ezechielem, Prosper, Officia, forte S. Ambrosii, Libri de Trinitate, ut conjicere licet S. Augustini, Epistolæ S. Hieronymi, Etymologiæ, Glossemata, Liber Regularum, qui Collectio S. Benedicti Anianensis esse videtur.

Sæculum X.  
A. C. 919.

† Liber qui Comes vocabatur.

Hi sunt Libri illo ævo in Hispania rarissimi. Gennadius dimisso ante annum nongentesimum vigesimum Episcopatu ad Monasterium, quod Silentianum dicebatur, se recepit, Sedemque Forti Monacho, Discipulo suo reliquit.

Sub finem Regni Ordogni II. pugna *Sampir.* adversus Saracenos commissa, Episcopi *p. 64.* duo, Dulcidius Salmanticensis, & Hermogius Tuyanus capti, & Cordubam perducti. Hermogius pro se obsidem *S. Pelagius.*

*Hist. Ecclesiast. Tom. XIII. M. sub-*

- Sæculum X.** substituit Pelagium nepotem suum, qui  
**A. C. 919.** in carcerem coniectus, postea sub Ab-  
 deramo Rege anno 925. Æræ 963. Mar-  
**p. 69.** tyrii palmam consecutus est. Is non  
**Raguel ap.** plures quam tredecim ætatis suæ annos  
**Baron. ann.** numerasse, & jubente Rege membratim  
 925. concisus fertur, quod ejus belluinæ libi-  
 dini fortiter reluctatus fuisset. Eccle-  
 sia S. Pelagii memoriam vigesima sexta  
**Mart. Rom.** Junii, qua die passus est, veneratur. Or-  
 26. Jun. dogno, postquam Sceptrum rotasset an-  
 nis novem & dimidio, fatis functo, an-  
**Sampir. p.** no 925. æra 963. successit Froila II.  
 65. ipsius frater, qui non plus quatuorde-  
**Mariana** cim mensibus coronam portavit. Bre-  
**VIII. c. 3.** vissimi Regni causa Froilæ crimina fuisse  
 putantur, unde etiam crudelis tyranni  
 nomine notatur. Inter alios, Fronimii  
 Episcopi Legionensis fratres interfecit,  
 ipsumque immerentem in exilium eje-  
 cit. Froila lepra contabuit successitque  
 Alphonfus IV. anno 926. Æra 964. de-  
 functi nepos, Ordogni II. filius.

## §. LV.

*Constantinopolitani reconciliantur.*

- Post. Theo.** In Oriente Constantinus Porphyrogeni-  
 2. 238. n. 6. tus, juvenis Imperator, puerorum mo-  
 re præsentia matris suæ Zoïs delectatus,  
 ab Alexandro patruo e Palatio pulsam  
 revo-

revocavit, & ab ejus arbitrio pependit. Unde illa brevi Nicolaum Patriarcham, qui ejus nuptiis tantopere repugnaverat, a Regia removit, dicens muliebri ira concitata, Popam non in aula, sed in templo conspici oportere, nec Imperii negotia, sed Ecclesiæ perficere. Postquam vero annis sex femina imperasset, Romanus Lecapenus supremam potestatem invadens, filiam suam Helenam Constantino conjugem tradit Feria tertia Paschatis, decima quinta Aprilis anno 919. Zoem vero, quæ præparato veneno vitæ ipsius insidiabatur, e Palatio pulsam tonderi & in monasterium detrudi jubet. Eodem anno mense Decembri Romanus a Constantino Imperator proclamatur, & a Nicolao Patriarcha coronatur. Tum ipso jubente in Festo Epiphaniæ, anno mundi 6428. secundum Græcos Indictione octava, uxor ejus Theodora corona Imperiali ornatur. In die Pentecostes filium suum Christophorum Imperatorem coronari, atque haud diu postea nomen suum primo loco, & Constantini secundo, juratam fidem violans, poni jussit.

Eodem anno 920. mense Julio, Romani cura, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Metropolitanæ & Clerici, quorum pars Nicolao Patriarchæ, pars Euthymio favebat,

Sæculum X.  
A.C. 920.

p. 242. n. II.  
n. 13.  
n. 16.

p. 264.

p. 248.  
n. 7.

M 2

recon. Aret. ap. Lib.

Sæculum X. reconciliati sunt. Hujus autem in exi-  
 A. C. 920. lio defuncti corpus solemnè pompa Con-  
 stantinopolim delatum. Schismatis ori-  
 go erant quartæ Leonis Imperatoris nu-  
 ptia, unde decretum, cui omnes Episco-  
 pi consentiebant, claudebatur in hunc  
 modum: *Prohibemus, ne impostertum ab  
 hoc anno sexies millesimo quadringentesi-  
 mo vigesimo octavo, Indictione octavo,  
 quisquam nuptias quartas inire præsumat,  
 quas omnino rejectas & damnatas decla-  
 ramus. Qui hoc ausus fuerit, ab omni Com-  
 munionè Ecclesiastica & aditu ad locum  
 Sanctum arceatur, quamdiu vinculum tur-  
 pe & flagitiosum non abruperit. Ita  
 enim Patres nostri decreverunt.*

*Quod spectat ad tertias nuptias, has  
 quidem Patres nostri permissas esse volue-  
 runt, ob pudendam quorundam fragilita-  
 tem; unde sequentia impostertum obser-  
 vanda decernimus: si quis, liberos non  
 habens, annos natus quadraginta, tertiam  
 uxorem ducat, annis quinque Communio-  
 ne privetur, atque eam postea solum tem-  
 pore Paschali, nempe Quadragesimali ab-  
 stinentia mundatus, accipiat. Qui vero,  
 annos natus quadraginta, & liberos habens  
 tertiam uxorem acceperit, venia indignus  
 judicetur. Si vir annorum triginta, li-  
 beros habens tertio uxorem duxerit, annis  
 quatuor Communione privetur, & deinde  
 ter*

ter solum in anno, nimirum in Paschate, Sæculum X.  
A. C. 920.  
 in Assumptione Beatæ Virginis, & in Na-  
 tivitatem Domini, quia hæc Festa præce-  
 dunt jejunia, communicet. Si liberos  
 non habeat, illam solum pænitentiam  
 subeat, cui bucusque tertio nubentes sub-  
 jacebant. Secundas nuptias, aut etiam  
 primas, non præcedat mala causa, qualis  
 est raptus, aut stupri consuetudo, quæ si  
 subfuerit, conjuges ad Communionem non  
 prius admittantur, quam postquam septem  
 annorum pænitentiam, quæ scortatoribus  
 injungi solet, impleverint, nisi forte de  
 vita periclitentur. Hoc Decretum ex-  
 inde singulis annis mense Julio ex Sug-  
 gesto Ecclesiæ Majoris Constantinopoli-  
 tanæ recitabatur.

Imperator de suis Romam misit, qui  
 istud Decretum approbari peterent. (\*)  
 Id enim cognoscimus ex Epistola Nico-  
 lai Patriarchæ ad Joannem X. data  
 in hunc ferme modum: Non ignoras,  
 quantas ærumnas annis prope quindecim to. 9. Conc.  
 tulerimus. Sed ecce! cum jam sperandi p. 1267.  
 locus non superesse videretur, JEsus Chri-

M 3 stus

(\*) En optimum, præter sexcenta alia, con-  
 tra Caveum & alios Protestantes argumentum,  
 quo Communio, & Auctoritas Romanæ Eccle-  
 siæ supra Constantinopolitanam probatur.

Sæculum X.  
A. C. 920. *stus commotos fluctus composuit, jamque Cælo auspice cuncti concordēs sumus. Idcirco tibi scribimus, ut commercium literarum, temporum iniquitate interruptum, renovemus, Legatos utrinque mittamus, & unanimiter dicamus, quartum illud matrimonium, tot scandalorum originem, non ideo fuisse permissum, quod res ipsa culpa vacet, sed ob sublimitatem personæ, & ut daretur aliquid Principi, quem ad iracundiam provocare periculosum fuisset. Itaque nomen tuum cum nostro Constantinopoli iterum in Sacris Diptychis legitur, ut mos fuerat, & pace perfecta fruamur. Id te Imperator per Basilium Protospatharium ad te missum instantissime rogat, cui viæ comitem dedimus Eulogium Presbyterum. Mittes & tu ad nos, ut speramus, Legatos, qui forte emendanda nobiscum pertractent.*

## §. LVI.

*Richarius Episcopus Tungrensis.*

*Flod. Chron.*  
*an. 920.*  
*Chr. Lob.*  
*c. 19.*

**I**nter hæc querelæ Clericorum Tungrensi-  
 sum contra Hermannum Archiepiscopum  
 Colonensem ad Papam deferuntur.  
 Namque Stephano Episcopo Tungrensi  
 seu Leodiensi anno 920. fatis functo, Rex  
 Carolus simplex primo quidem Electio-  
 nem Hilduini, ejusdem Ecclesiæ Clerici,  
 suo

suo consensu firmaverat, sed cum Hil- Sæculum X.  
A. C. 920.  
duinus a Rege defecisset, & Guilleber-  
tum, in Lotharingia Dominatum affe-  
ctantem, sequeretur, Carolus Episcopa-  
tum Leodiensem Richario Abbati Pru-  
miensi, ab alia Clericorum parte electo,  
contulit. Verum, quia Guillebertus in  
illa regione erat potentissimus, Herman-  
nus Archiepiscopus Coloniensis, favens  
Hilduino, qui etiam ab Henrico Rege  
nominatus fuerat, eundem Episcopum  
ordinavit. Ita Hilduinus possessionem  
Ecclesiæ Leodiensis adiit.

Rex Carolus data ad omnes Episco-  
pos regni sui hac de re epistola dicebat:  
*Hilduinus fidei nobis juratæ immemor, ad  
hostes nostros ultra Rhenum se contulit, & ab Henrico Episcopatum Tungrensem po-  
stulavit. Cumque & alii, improbi homi-  
nes, fidelitatem nobis debitam violassent,  
Episcopi sexdecim Regni nostri cum qui-  
busdam Proceribus congregati rebelles ex-  
communicarunt. At Hilduinus, cum eis  
communicans, magnam pecuniæ vim ex  
thesauro Ecclesiæ Tungrensis direptam  
Henrico & proceribus ejus dedit, atque  
Hermannum Archiepiscopum Coloni-  
ensem metu incusso ad ipsum Episcopum con-  
secrandum adegit. Namque postea Archi-  
episcopus apud nos præsentibus compluri-*

tom. 9. Conc.  
p. 571.



Sæculum X. *bus testibus fassus est, se instantibus ref-*  
A. C. 920. *stere non potuisse, nisi unacum bonis fa-*  
*miliæ se ipsum suosque omnes perditos vo-*  
*luisset. Tandem Hilduinus ter ab Her-*  
*manno vocatus, ut veniret & in Conci-*  
*lio Accusatoribus suis responderet, non*  
*obedit. Omnes vero Clerici Laicique*  
*Ecclesiæ Tungrensîs apud nos conquesti*  
*sunt, quod Hilduinus cum clientibus suis*  
*omnia eorum bona & facultates diripue-*  
*rit, nihilque reliquerit, quo vitam tra-*  
*bant, rogantes, ut vestris consiliis utar*  
*ad sublevandam tantam calamitatem, in-*  
*que Richarium, unanimi ipsorum consen-*  
*su electum, Episcopum concedam. In fine*  
*additur, Regem in hoc negotio Episco-*  
*porum auxilium petere.*

Cum Richarii fautores querelam ad  
 tom. 9. Conc. Papam quoque detulissent, ille, data ad  
 p. 574. Archiepiscopum Coloniensem epistola,  
 meticulosum reprehendit, quod Hildui-  
 num ordinasset nullo accepto Regis man-  
 dato, *sine quo, inquit, in nulla Diocesi*  
*Episcopus ordinandus est.* Jubet ipsum  
 cum Hilduino & Richario circa medium  
 Octobris, aut saltem ad primam Aprilis  
 Romam venire, in Concilio causam di-  
 cturum. Papa simul ad Regem Carolum  
 ep. 8. hac de re literas dederat. Hermannus  
 vero Archiepiscopus communicata, quam  
 a Papa

a Papa acceperat, epistola Richarium Abbatem ad iter Romam suscipiendum invitavit. Tum Hilduino & Richario Romanam profectis Hermannum morbus iter facere prohibuit. At Hilduinus, non ausus Judicium Papæ experiri, excommunicatus est. Atque ita Richarius causa victor ab ipso Pontifice ordinatus est, & pallium accepit, quamquam nullus Antecessorum ejus hoc Pastoralis officii Insigni ornatus fuisset. Ergo ad Ecclesiam Tungrensem reversus Richarius, adversariis in fugam versis, omnium amorem sibi conciliavit. In ædificandis ornatibusque Ecclesiæ suæ prædiis totus fuit, sed Disciplinam Monasticam neglexit, & officia omnia Abbatia Lobesensis, cujus possessionem Episcopi Tungrenses jam diu obtinebant, venalia obtulit. Idque cunctis eo magis admirationem peperit, quod Richarius a puero in Disciplina Monastica educatus fuisset. Ceterum Ecclesiæ Tungrensi annis viginti duobus præfuit. Illa tempestate literarum studia in Abbatia Lobesensi florebant. Inter viros doctos præcipui habebantur Scaminus & Theoduinus, nullus vero illustrior Rathario extitit, qui Hilduino favens cum eo in Italiam se recepit.

Sæculum X.  
A. C. 922.

Chr. Lob.

c. 19.

Chr. Prod.

912.

Sæculum X.  
A. C. 922.

§. LVII.

*Concilia Confluentinum & Remense.*

20. 9. p. 579. **C**ausa Richarii & Hilduini finita est anno nongentesimo vigesimo secundo, quo etiam Concilium Confluentiæ celebratum. Interfuere Episcopi octo, scilicet Hermannus Archiepiscopus Coloniensis & Herigerus Moguntinus, tum Episcopi Herbipolensis, Mindensis, Osnabrugensis, Wormatiensis, Argentoratensis, & Paderbornensis. Hujus Concilii, amborum Regum Caroli Franciæ & Henrici Germaniæ jussu congregati, quinque Canones habemus. *Nullus Christianus infra sextam generationem nuptias conficere audeat. Laici Capellarum ad se pertinentium Decimas non accipiant, quibus canes aut pellices suas pascant, nec in alios transferant, sed eas Presbyteri, id est, Parochi, in restaurandas Ecclesias, conservanda luminaria, hospites pauperesque alendos impendant. Monachi & Ecclesiæ suis Episcopis Diocesis in omnibus sint subjecti. Si quis Christianum insidiis captum venundederit, homicidii reatum contraxit.*
- c. 1. *Christianus infra sextam generationem nuptias conficere audeat.*
- c. 5. *Laici Capellarum ad se pertinentium Decimas non accipiant, quibus canes aut pellices suas pascant, nec in alios transferant, sed eas Presbyteri, id est, Parochi, in restaurandas Ecclesias, conservanda luminaria, hospites pauperesque alendos impendant.*
- c. 8. *Monachi & Ecclesiæ suis Episcopis Diocesis in omnibus sint subjecti.*
- c. 6. *Si quis Christianum insidiis captum venundederit, homicidii reatum contraxit.*

*Flod. Chr.*  
*922. Hist. 4.*  
*c. 17. 18.*

Eodem anno nongentesimo vigesimo secundo, die secunda Julii, obiit Heriveus Archiepiscopus Remensis, postquam hanc Sedem

Sedem tenuisset annos viginti duos. An-  
 no superiore, cum Synodum celebraret, Sæculum X.  
A. C. 922.  
 rogatus a Rege Carolo, quemdam Dy-  
 nastam, nomine Erlebaldum, excommu-  
 nicatum & Censura hac innodatum mor-  
 tuum absolverat. Quod factum omni-  
 no singulare videtur. Successorem ha-  
 buit Seulfum, ejusdem Ecclesiæ Archi-  
 diaconum, scientiis Ecclesiasticis & pro-  
 fanis imbutum, artibus vero liberalibus  
 Remigio Antissiodorensi Magistro erudi-  
 tum. Triduo priusquam Heriveus obi-  
 ret, nempe die Dominica, trigesima Ju-  
 nii, anno nongentesimo vigesimo secun-  
 do, Robertus filius Roberti fortis & Re-  
 gis Odonis frater, Remis in Regem Fran-  
 ciæ unctus fuerat, quem valida factio se-  
 quebatur, dum interim Carolus Simplex  
 viribus inferior plerisque invisus & con-  
 temptus ultra Mosam se recipit. Itaque  
 consentiente Roberto Seulfus ab Abbone  
 Episcopo Sueffionensi ceterisque illius  
 provinciæ Episcopis Archiepiscopus Re-  
 mensis ordinatus est. Factionis vero Ca-  
 rolo Simplici adversæ Caput erat Heber-  
 tus Comes Veromanduorum, cujus po-  
 tentia suffultus Seulfus Herivei Ante-  
 cessoris sui fratrem & nepotem, violatæ  
 fidei reos, carceri tradidit, & jam tunc  
 in obsequii hujus mercedem Seulfus He-  
 berto promississe ferebatur, effecturum  
 se,

tom. 9. Conc.  
p. 579.

Sæculum X. fe, ut ipsius filius suo tempore Archie-  
A. C. 923. piscopus Remensis eligeretur. Interim  
 Seulfus ex suis quosdam Romam misit,  
*Flod. Chr.* qui a Joanne Papa peterent, ut Ordina-  
 tione confirmata Pallium sibi conceder-  
 et; quod etiam anno 923. accepit.

to. 9. Conc.  
 p. 581.  
 Robertus  
 occisus.

Cum Robertus necdum integro an-  
 no regnasset, occiditur eodem anno, die  
 Dominica, decima quinta Junii, prope  
 Sueffionem in prælio, quo nihilominus  
 ipsius exercitus victor evasit, & Carolus  
 iterum fugere coactus. Post hanc pu-  
 gnam eodem anno, ex quo Seulfus Pon-  
 tificatum susceperat secundo, Synodum  
 celebravit, cui interfuere Abbo Episco-  
 pus Sueffionensis, Adelelmus Laudunen-  
 sis, Stephanus Cameracensis, Adelelmus  
 Silvanectensis, Airardus in eodem Con-  
 cilio Episcopus Noviodunensis ordinatus,  
 cum ceterorum Remensis Diœceseos  
 Episcoporum Legatis. In eo Concilio  
 decretum, his, qui in pugna Sueffionen-  
 si vel pro Roberto, vel pro Carolo dimica-  
 verant, injunctum, ut tribus Quadrage-  
 simis per tres annos pœnitentiam age-  
 rent, videlicet: *Prima Quadragesima  
 sint extra Ecclesiam, & in Cœna Domini  
 reconcilientur. Omnibus vero his tribus  
 Quadragesimis secunda, quarta & sexta  
 feria in pane & aqua jejunent, aut redi-  
 mant.*

mant. Similiter quindecim diebus ante Nativitatem S. Joannis Baptistae, & quindecim diebus ante Nativitatem Domini Salvatoris, & omni feria VI. per totum annum, nisi redemerint, aut ipsa die celebris Festivitas acciderit, aut infirmitate, aut militia probibeantur, abstineant. Jejunia vero eleemosynis redimi poterant. Ceterum hæc pœnitentia magnam cum illis habet affinitatem, quæ decreta fuerunt anno 841. post pugnam ad Fontenacum, ubi etiam Franci adversus Francos hostilia signa intulerant.

Sæculum X.  
A. C. 923.

Sup. lib.  
XLVIII.  
§. 9.

Roberti morte Caroli Simplicis res neutiquam restitutæ sunt. Namque Optimates & Principes factionis adversæ, nempe Francorum pars major, Raoul seu Rudolphum, Roberti generum, Richardi Ducis, cognomento *Justitiæ amantis*, filium ex Burgundia advocatum, Regem salutarunt, atque in Ecclesia S. Medardi Sueffione die Dominica decima tertia Julii, anno 923. a Walterio Archiepiscopo Senonensi Sacro oleo ungi voverunt. Walterio Archiepiscopo eodem anno 19. Nov. fatis functo, alter Walterius, mortui nepos, successit.

Chr. S. P.  
Vivi to. 2.  
Spicil.  
p. 711.

Sæculum X.  
A. C. 924.

§. LVIII.  
*Hungari grassantur.*

*Luitpr. I. II.* **I**nter hæc alter Rudolphus, Rex Burgun-  
*e. 15. 16. &c.* dia superioris, a Lamberto Archiepi-  
scopo Mediolanensi aliisque illius factio-  
nis principibus adversus Berengarium in  
Italiam vocatur. Berengarius vero ad  
ultimum solius urbis Veronæ Dominus  
a proditoribus interficitur. At Hunga-  
ri, quos ad auxilium sibi ferendum in  
Italiam invitaverat, Longobardiam va-  
starunt, urbemque Ticinum, ubi Eccle-  
siæ quadraginta, unacum Episcopo ejus-  
dem civitatis & Vercellensi flammis in-  
*Flod. Chron.* jectis consumptæ sunt. Ex populo prius  
*924.* innumerabili homines ducenti superfue-  
re, qui collectos ex urbis ruderibus octo  
argenti modios Hungaris dederunt, quo  
paucissima residua redimerent. Tantæ  
*Luitpr. III.* urbis, quæ Longobardiæ Caput erat, ex-  
*c. I.* cidium die Veneris 12. Martii an. 924.  
Indictione nona contigit. Hungari ve-  
ro superatis alpibus viam in Franciam  
tentantes depulsi sunt.

Eodem anno, exeunte Junio, post  
Festum S. Joannis Baptistæ & ante Fe-  
stum SS. Apostolorum Petri & Pauli, quæ-  
dam Virgo Reclusa, cui nomen Wibo-  
rada, in Allemannia superiore prope Ab-  
batiam S. Galli degens, per Visum edo-  
cta

cta est, sævam gentem Hungarorum an-  
no futuro Calendis Maji, aliis terris de-  
vastatis, ad Monasterium S. Galli per-  
venturam, seque Barbarorum manibus  
Martyrii palmam consecuturam. Illa  
aliquot diebus conticuit; deinde vero  
timens, ne delinqueret, si revelata a Deo  
aliis non manifestaret, Waldramo Mo-  
nacho S. Gallensi secreto ad se vocato,  
quid sibi ostensum fuisset, aperuit, ro-  
gans, ut Martyrium suum silentio pre-  
meret, in Ecclesia autem advenientibus  
& circumquaque habitantibus indica-  
ret imminens eis periculum; quo spatium  
populis esset orationibus, jejuniis & elee-  
mosynis iram superni Judicis mitigandi.

Sæculum X.  
A. C. 925.  
\_\_\_\_\_  
*Vit. S. Wi-*  
*bor. Sæc. V.*  
*Act. Ben. p.*  
*53. n. 24.*  
*Boll. 1. Maji*  
*to. 12. p. 282.*

Vaticinio feminæ nemo fidem ha-  
buit, donec illud impleri cœpit, & men-  
se Majo anno 925. appropinquante, fa-  
ma prævolavit, Paganos in tota Bava-  
ria esse diffusos. Brevi etiam barbari  
circum lacum Constantiensem conspecti  
sunt, undique vicis injecto igne ardenti-  
bus. Engilbertus Abbas Sangallensis, vir  
providus, cum jam Castellum monaste-  
rio proximum munimentis firmasset, un-  
decim fratribus de præcipuis Monasterii  
ad Wiboradam missis, suadere jussit,  
ut e clausula exiret. *Scimus equidem,*  
*ajebant, te mortis periculum non pave-*  
*re;*

n. 25.



Sæculum X. *re; sed Familiæ nostræ te ipsam serva,*  
 A. C. 925. *nam preces tuæ sunt nobis necessaria. Il-*  
 la gratias agens rogavit, ut sibi altera die  
 Abbati colloquendi copia fieret. Venit  
 Abbas anhelus, cum lacrymis obsecrans,  
 ut vitam suam in tuto collocaret. Re-  
 spondit Wiborada: *Cur vero, venerande*  
*Pater! quia tibi potestas in me est, exacti*  
*laboris pretium perdere præcipis? istam*  
*mansuinculam Dei clementia mihi concess-*  
*am vivens in corpore vaeuam non re-*  
*linquam. Igitur Abbas cognoscens, eam*  
*aliquam mortis suæ revelationem habe-*  
*re, veniam sibi dari poposcit, quod eam*  
*tot verbis fatigasset, & interrogavit,*  
*quod jam sibi ipsi consilium daret. At*  
*illa inquit: S. Pater! nullam movam in-*  
*terponas; quin temetipsum & animas ti-*  
*bi a Deo commendatas servare studens,*  
*Thesaurum S. Galli, sicut jam cæpisti &*  
*quidquid ad usus familiæ adhuc reliquum*  
*est, hodie & hac nocte portando & veheb-*  
*do ad Castellum transmittere ne tardes.*  
*Crastina enim die certissime vallis ista*  
*barbaris repleta erit. Fecit Abbas, quod*  
*monebatur, atque quidquid de libris, au-*  
*ro, argento, vestibus, annona supererat,*  
*intra munimenta portari curavit.*

Parentibus quoque cujusdam puellæ,  
 Rachildis nomine, cum Wiborada reclu-  
 sæ, venientibus & petentibus filiam  
 suam,

11. 27.

suam, quam ad tutiora deducere, re-  
 spondit: *Nolite solliciti esse de filia no-*  
*stra; omnipotentis enim Dei auxilio ad*  
*solatium vestrum per multa tempora sal-*  
*vabitur.* Hittonem fratrem suum in Ec-  
 clesia S. Magni ipsius Cellulæ juncta, cu-  
 jus custodia ipsi commissa erat, degen-  
 tem Wiborada compulit, ut in vicinam  
 silvam fugeret. Tum irrumpentes Hun-  
 gari Ecclesiæ S. Magni ignem supponunt,  
 cumque Cellulam S. Wiboradæ exurere  
 non valerent, circueuntes ædiculam adi-  
 tum quærunt, duoque ex illis ascendunt  
 super tectum, facto foramine se immit-  
 tunt, S. Virginem ante exiguum Altare  
 stantem, Deo & Sanctorum suffragiis  
 suppliciter se commendantem, vestibus,  
 solo excepto cilicio, spoliant; mox li-  
 brata securi tria vulnera Virginis capiti  
 infligunt, & seminecem suo sanguini in-  
 natantem relinquunt, Die Maji secunda,  
 anno nongentesimo vigesimo quinto.

Sæculum X.  
 A. C. 925.

§. LIX.

S. Wiborada.

Sancta Wiborada, in Suevia nobilibus  
 & piis parentibus nata, a tenera æta-  
 te solitudinis, orationis, & laboris aman-  
 tissima fuit. Fratri suo Hittoni jam Cle-  
 rico & in Monasterio S. Gallensi studiis  
*Hist. Eccles. Tom. XIII.* N      lite-

*Vit. ap. Boll.*  
*& Mabill.*

Sæculum X.  
A. C. 925.

n. 13.

n. 14.

litterarum vacanti certis diebus vestimenta & pleraque alia necessaria mittebat, atque etiam ad obvolvenda Sanctorum librorum volumina propriis manibus decora linteamina contexebat. Tum Fratre suo ad Presbyteratum promotus, ab ipso Psalmos didicit, quin Missam cum eo non nunquam cantavit. Ægrotos, debiles, pauperes suscipiens mira charitate fovebat. Cum fratre suo Romam profecta, suavitati ei, ut Monasticum Institutum in Cænobio S. Galli amplecteretur, & ipsa nihilominus adhucdum annis sex in mundo versata a carnibus & vino abstinebat, in nuda humo super cilicium cubabat, etsi lectulum sumptuose ornatum haberet, & clanculo tota ferme nocte orabat. Cum fama virtutum beate Virginis ad Salomonem Episcopum Constantiensem pervenisset, eam invitavit, ut iter secum ad Monasterium S. Galli susciperet. Secuta est Episcopum Wiburada cum duabus ancillis, quas habebat, atque ædificata in montibus cellula prope Ecclesiam S. Georgii, quatuor ferme annis ibi commorata, incredibilis abstinentiæ exemplum dedit. Fama autem S. Puellæ inter populos crebrescente permulti afferebant, quæ necessaria putabant, & illa pleraque largiter in pauperes dispensabat. Tandem Episcopus

ad

ad S. Gallum reversus in præparata cel-  
 lula, Ecclesiæ S. Magni contigua, cupien-  
 tem Virginem inclusit, ibi secundum Re-  
 gulam Reclusorum, cujus supra mentio-  
 nem fecimus, cunctos vitæ dies exactu-  
 ram. Id anno 915. factum. Annis ex-  
 inde quinque elapsis Rachildem sociam  
 suscepit. Erat ea nobilis Virgo, quæ,  
 consecrata Deo Virginitate sua, postea  
 diu quartana afflicta est. Parentes puel-  
 læ eam Romam mittere ad recuperan-  
 dam sanitatem cogitabant, sed misit nun-  
 cium Wiborada, qui diceret; ad se ve-  
 niret, si sanari vellet. Tumque adve-  
 nientem exosculata *Benedictus Deus!* in-  
 quit, *qui te ad suum bonorem & meum  
 solatium buc misit, quod jam diu exopta-  
 bam.* Paucis post diebus Rachildis a fe-  
 bre quidem liberata est; sed successe-  
 runt alterius generis infirmitates, quip-  
 pe Virginis corpusculum ulceribus pro-  
 pemodum totum pessime affectum est,  
 quam calamitatem fortiter toto vitæ  
 tempore tulit, rarum patientiæ exem-  
 plum. Hinc etiam a Barbaris intacta  
 usque ad annum Salutis nostræ 946. vi-  
 tam protraxit.

Triduo postquam S. Wiborada ad  
 Cœlestem Sponsum evolasset, Hitto fra-  
 ter ejus ad Ecclesiam S. Magni clam re-  
 versus cum aliquot Monachis & laicis,

N 2

inven-

Sæculum X.  
 A. C. 925.

n. 15.  
 Sup. §. 21.  
 Herm. Chr.  
 Vita p. 65.

Sæculum X. invento S. Virginis corpore in Cellula  
A. C. 925. jacente, recitatis consuetis precibus, il-  
 lud sepulchro condidit, ubi deinde com-  
 plura miracula patrata. Unde Ingilber-  
 tus Abbas judicans, Wiboradam hono-  
 re SS. Virginibus debito esse colendam,  
 cum dies anniversarius recurrisset, post-  
 quam cum Hittone & compluribus aliis  
 illius Congregationis fratribus hac de re  
 deliberasset, officium nocturnum de ea  
 recitari & postero die Missam de una  
 Virgine, secundum Ecclesiæ consuetudi-  
 nem celebrari jussit. Hoc nempe mo-  
 do Veteres in Ecclesiis particularibus,  
 accedente tamen auctoritate Episcopi,  
 defunctos in album Sanctorum re-  
 ferebant.

n. 36.  
 vid. Mabill.  
 præf. Sæc. 5.  
 n. 91.

